Adhuc si quidem motuum mensura que celi latio quia est sola continua et regularis sempiterna in motibus autem mensura quod minimum. Minimus autem motus qui velocissimus. Velocissimus utique erit omnium motuum celi motus. sed ad hunc eorum que ab eodem ad se ipsum minima que circuli linea. Secundum minimam autem. Velocissimus motus. Quare si celum circumferencia et velocissime movetur speriicum ipsum necesse est esse. Sumet autem utique quis et ex hiis que circa medium collocatis corporibus hanc fidem. Si enim aqua quidem est circa terram. aer autem circa aquam. Ignis autem circa aerem. et superiora corpora secundum eandem rationem. Continua quidem enim non sunt tangunt autem hec. Superficies autem aque sperica est. Quod autem sperico continuum aut motum circa spericum et ipsum tale necessarium est esse. Quare et propter hec manifestum sit. quoniam spericum est celum. sed et quod aque superficies talis manifestum supponentibus sicut natura est semper fluere aqua in maris concavum concavius autem est

quod centro propinquius. Ducantur igitur ex centro que · a · et quo · a · g · in et adiungatur in quo · b · g · ducta igitur ad basem · a · d · minor est earum que ex centro igitur profundior locus circu fluet ex aqua donec utique equetur equalis autem hiis que ex centro que · a · e · Itaque necesse apud eadem quod ex centre esse aquam. Tunc enim quiescet tangunt autem eas que ex centro circularis sperica igitur aque superficies in qua · b · e · g · Quod quidem igitur spericus est mundus. palam ex hiis et quod secundum diligenciam tornatus neutrum mechanicum utique nichil ydroctimecon habeat similiter utique quidquam nichil nobis movetis apparentium ex quibus in e constitutionem accepit nichil sic possibile regularitatem suscipere. et diligenciam uti circularis corporis ut. manifestum enim quod proportionem habent quemadmodum aqua ad terram semper distancia.
Quoniam autem dupliciter in circulo moveri. puta alterum hunc quidem ab · b · hunc autem ad · g · Quod quidem igitur non sint contraria iste prius dictum est. Sed nichil ut contingit utique accidencium sempiternus esse. celum autem sempiternum et circulatio semper. propter quam causam ad alterum fertur sed non ad alterum. Necesse enim et hec aut principium esse. minus principium. Forte quidem igitur de quibusdam enunciare aliquid temptare. et de omnibus et preter mittere nichil forsitan utique videbitur

aut ipsius

est signum. aut multe stulticie. aut
multe promptitudinis. Non tamen
iustum quidem omnes similiter increpare.
sed videre oportet causam dicendi que est.
Ad hunc autem aliter huius incertam
do prius humano modo. aut fir
mius. Certiores quidem igitur necessi
tates quandoque attigit tunc gratias
habere oportet invenientibus. Nunc autem
quod videtur dicendum. Si enim natura
semper facit contingentium quod op
timum. est autem quemadmodum earum
que in recto lationum que
superiorum locum honorabilior.
Superior enim locus quam sursum
eo quam deorsum eodem modo et ante
ad anterius ea que ad posterius se
habet sicut quidem et ad dextrum et sini
strum. quemadmodum dictum est prius. et
testificatur et dicta dubitatio. Si
enim habet ut contingit optime.
hec utique erit causa dicte. optimum enim
moveri simplicem motum et huius
ad honorabilius.

De motu autem ipsius quia re
gularis est et non irregula
ris. deinceps utique erit pertransire.
Dico autem hec de primo celo et de
prima latione. In hiis enim que
sub plures lationes iam convenerunt
in unum. Si enim irregulariter mo
vebitur manifestum quod intensio erit
et virtus et remissio. Omnis enim
irregularis latio et remissionem
habet et intensionem et virtutem. Vir

tus autem est aut in quo fertur aut quo
aut circa medium puta forte hi
is quidem circa finem unum quo feruntur
hiis autem circa principium unde proiectis
circa medium puta forte hiis que
deorsum que finem unum ad quod feruntur
hiis autem que principium. Circularis
autem non est nec unde nec quo nec medium
nec enim principium nec finis. neque
medium ipsius est simpliciter. Tem
pore enim sempiterna et longitudine
simul ducta et infrangibilis. Quare
si non virtus ipsius lationis. nec irre
gularitas erit. Irregularitas enim
fit propter remissionem et intensionem.
Adhuc quoniam omne quod move
tur ab aliquo movetur necesse irregula
ritatem fieri motus. aut propter movens
aut propter motum. aut propter ambo. Si
enim movens non eadem virtute
moveat. sive motum alteratur et
non permaneat idem. sive ambo
transmutentur. nichil prohibet irregula
riter moveri quod movetur. Nichil autem
horum possibile circa celum fieri.
Quod quidem motum ostensum est quia
primum et simplex et ingenitum
et incorruptibile et totaliter intrans
mutabile. movens autem multo ma
gis rationabile esse tale. primum enim
primi et simplex. simplicis. et in
corruptibile et ingenitum incor
ruptibilis et ingeniti motivum.
Quando igitur quod movetur non transmuta
tur corpus existens nec utique movens

transmutabitur in corruptibile existens.
Quare et lationem impossibile
irregularem esse. Et enim si fit
ad irregularitatem, aut tota transmuta-
tur et quandoque quidem fit velocior quandoque
autem tardior. Item aut partes ipsius partes
quidem ipsius quedam non sunt irregulares
manifestum. Iam enim utique fecit fieri
distancia astrorum in infinito tem-
pore, hec quidem velocius moto hec
autem tardius. Non videtur autem mobilis
aliter huius elongationibus. Sed etiam
neque totum accidit transmutari. Remis-
sio enim motus fit propter impotenciam.
Impotencia autem preter naturam. Et enim in animali-
bus impotencie omnes preter naturam sunt, puta
senectus et detrimentum. Tota enim
constancia animalium forte ex talibus
constat que differunt propriis locis. Nul-
la enim partium ipsius habet eam que
ipsius regionem. Si igitur in primis
non est quod preter naturam, simplicia enim
et immixta et in proprio regione
et nichil ipsi contrarium, neque utique impo-
tens erit quare neque remissio. Si enim intensio
et remissio. Adhuc et ratio-
nabile infinito tempore potens esse
movens et rursus alio infinito
impotens. Nichil enim videtur existens
infinito tempore preter naturam. Im-
potencia autem preter naturam, neque equali tempore preter
naturam et secundum naturam neque totaliter potens
et impotens. Necesse autem est si remit-
titur motus infinito remitti tempore. Sed
neque ad neque intendi semper autem iterum

remitti possibile. Infinitus enim utique
erit et indeterminatus motus omnem
autem dicimus ex aliquo in aliquod
esse et determinatum. Adhuc
si quis accipiat esse aliquod tempus
minimum cuius non contingit neque
in minori moveri celum sicut neque
cytharizare neque ire in quocumque
tempore possibile, sed est unicuique
actus determinatum minimum tem-
pus ad non excedere, sed neque moveri
celum in quocumque tempore possibile.
Si igitur hec verum non utique erit sem-
per intentio lationis. Sed autem non inten-
sio neque remissio. Similiter enim
ambo et alterum, si quidem eadem
intenditur velocitate aut mai-
ori et infinito tempore. Reli-
quum utique iterum dicere vicissim esse
motum ad velocius et tardius.
Hoc autem penitus irrationabile et fictioni
simile. Adhuc autem et non latere
in hiis rationabilius sensibiliora
enim iuxta invicem esse posita. Quod quidem
autem igitur et unum et solum ce-
lum et illud ingenitum. Ad-
huc autem motum regularem in tantum
nobis dictum sit.

De vocatis autem astris consequens u-
tique erit dicere ex quibus constant
et in quibus figuris et qui motus
eorum rationabilissimum autem dicere
consequens nobis unumquodque astrorum fa-
cere ex eodem corpore in quo existens
latum huius quod diceba<u>mus</u>

aliquando esse cum superius natum est. Sic
enim ignea dicentes esse propter hoc di
cunt quia quod sursum corpus
ignem dicunt, et rationabile existens
unumquodque constare ex hiis in qui
bus unumquodque est, similiter et nos
dicimus. Calor autem ab ipsis et
lumen generatur trito aere ab illorum
latione. Natus est enim motus
ignire et ligna et lapides et
ferrum. Rationabilius igitur proximum
igni propinquius, quod aer velud in
latis sagittis: hec ipse enim
igniuntur sic ut liquescant plum
bee. Et cum igniuntur iste necesse
et eum qui in circuitu ipsarum
aerem hoc ipsum pati. Hec quidem
incalescunt hoc in aere ferri quia
propter plagam motu sic ignis e
orum et quod sursum unumquodque
in spera fertur, ut ipsa quidem non
ignescant, aere autem sub circulari
corporis spera existente necesse est la
ta illa incalescere et hic maxi
me cum sol existat infixus, propter
quod appropinquante ipso et oriente
et super nos existente generatur
calor. Quod quidem igitur neque ig
nea sunt neque in igne feruntur
tantum nobis dictum sit de ipsis.

Quoniam autem intenditur et
astra transferri lata et totum
celum, necessarium autem quiescen
tibus utique fieri translationem, aut
motis aut hoc quidem quiescente
hoc autem moto, utraque quidem quiescere
impossibile quiescente terra. Fierent
enim utique fierent que nunc vi
den tur; totam autem supponatur quies
cere. Relinquitur autem aut utraque
moveri aut hoc quidem moveri, hoc autem
quiescere. Siquidem igitur ambo mo
ventur, irrationabile easdem ve
locitates astrorum esse et
circulorum. Unumquodque enim
equevelox erit circulo secundum quem fer
tur. Videntur enim simul circul
consistencia rursus in idem. Accidit
igitur simul astrumque pertransire
circulum et circulum allatum esse
ea que ipsius latione pertranseun
tem eam que ipsius periferia.
Non est autem rationabile ea
tenus rationem habere velocitates as
trorum et magnitudines ce
lorum. Circulos quidem nichil
inconveniens, sed necessarium analo
gice habere velocitates magni
tudinibus. Astrorum autem
unumquodque in hiis non valde
rationabile. Sive enim ex neces
sitate maiori circulo latum ve
locius erit palam, et etsi trans
ponantur astra in eos qui invi
cem celeres, hoc quidem erit velo
cius, hoc autem tardius. Sic autem
non utique haberent proprium mo
tum, sed ferrentur utique a circulis.
Sive a casu contingit, neque sic
rationabile ut et in omnibus sit

circulus quando sit maior. et latio ve-
locior ipsorum quod in ipso astrorum uni-
cuique enim aut duo hunc modum
habere nichil inconveniens omnia autem
similiter secundum assimulantur simul
autem et non est in hiis que non. quod vero
contingit nequaquam ubique et in omnibus
existens quod a fortuna. ¶ Sed ad-
huc tamen siquidem circuli manent, astra
autem moventur, eadem et similiter
erunt irrationabilia. accidet enim
velocius moveri que extra et velocita-
tes esse secundum magnitudines circulorum.
¶ Cum quidem igitur neque utique moveri
rationabile neque astrum solum velu-
ti circulos quando movetur astra autem
quiescere et in spera circulus ferri. So-
lum enim utique sic nullum irrationa-
bile accidit. Velociorem enim esse
maioris circuli velocitatem rationa-
bile eorum que circa idem centrum
collocatorum. sicut enim in aliis
maius corpus fertur propria latione sic
et in circularibus. maior enim abscisio-
num ab hiis que ex centro maiori
circulo deficio. Itaque rationabiliter
in equali tempore maior circumferetur
circulus. Et non divelli celum
propter hoc accidit et quia ostensum est
continuum esse totum. ¶ Adhuc
autem cum sperica astra quemadmodum et
alii dicunt et nobis consessum dicere de
illo corpore generantibus. sperici autem
duo motus sunt per se volutatio
et circumgiratio. siquidem igitur mo-

ventur astra per se ipsa. altero utique
movebuntur horum. sed neutro
videntur. Circumgirata quidem
enim utique manebunt in eodem et
non mutabunt locum. quod et videtur
et omnes dicunt. ¶ Adhuc autem omnia
quidem rationabile eodem motu mo-
veri. Solus autem videtur astrorum
sol hoc operari oriens et occidens.
et iste non propter ipsum sed propter elonga-
tionem nostri visus. Visus enim
distans longe vacillat propter infirmita-
tem que causa forte et eius quod
est scintillare planete autem
enim prope sunt. cum potens existens
tens ad ipsos contingit pertingit
visus. ad manentes autem tre-
mit propter longitudinem porrectus
longe valde. Tremor autem ipsius
astri facit videri esse motum. nichil
enim differt moveri visum aut
quod videtur. ¶ Sed adhuc quod neque
volvantur astra manifestum. Quod
enim volvitur necesse est sic
autem semper patens est. quod vocatur
facies. Itaque cum mota quidem per se
ipsa propriis moveri motibus rationabile. hu-
ius autem non videntur mota. palam quod
non utique movebuntur per se ipsa.
¶ Ad hec autem rationabile irrationabile nullum
organum ipsis dedisse naturam ad
motum. nichil enim ut contingit
facit natura neque de animalibus curare
sic enim ex precedentibus despexisse.
Si videtur quemadmodum studiose fieri

et auferre omnia per que contingebat portare per se ipsum. Et circa plurimum distant ab habentibus organa ad motum. Propter quod et rationabiliter utique videbitur totum celum sphericum esse et unumquodque astrorum. Ad eum enim motum qui est in se ipso motum sphera figurarum maxime utilis. Sic enim utique et velocissime movebitur et maxime retinebit suum ipsius locum. Ad eum autem qui in ante maxime ineptissima; nequaquam enim similiter motivis per se ipsa. Nichil enim tempus (?) habet eminens sicut rectilineum, sed plurimum distat a figura progressivorum corporum. Quoniam igitur oportet celum quidem moveri eo qui in se ipso motu, astra alia autem astra non progredi per se ipsa, rationabiliter utique utrumque erit sphericum. Sic enim utique maxime hoc quidem movebitur, hoc autem quiescet.

Manifestum autem ex hiis quoniam et dicere fieri latorum et armoniam tamquam consonantibus factis sonis leviter quidem dictum est et superfine a dicentibus, non tamen sic habet veritas. Videtur enim quibusdam necessarium esse tantis latis corporibus fieri sonum, quoniam et hiis que apud nos nec moles habentibus equales nec simili velocitate latis. Solis et lune. Ad huc autem tantorum multitudinem astrorum et magnitudinem latorum velocitate tali ratione impossibile non fieri sonum difficilem quendam magnitudinem. Supponentes autem hec et velocitates ex elongationibus habere consonantiarum rationes, armonicam dicunt fieri vocem latorum in circuitu astrorum. Quoniam autem irrationabile videtur non coaudire nos vocem hanc, causam huius dicunt esse genitis confestim existere sonum. Quare non per manifestum est ad contrarium silentium; ad invicem enim motus et silentii esse diiudicationem. Itaque quemadmodum erariis malleatoribus propter consuetudinem nichil habere videtur differre, et hominibus idem accidere.

Hoc autem quemadmodum dictum est prius allicienter quidem dicitur et musice, impossibile autem habere hunc modum. Non enim solum nichil audire inconveniens de quo solvendi assumunt causam, sed et nichil pati sine sensu. Excellentes enim soni dissolvunt et inanimatorum corporum moles, puta qui tonitrui discindit lapides et durabiliora corporum. Tantis autem latis et sono pertranseunte ad eam que fertur magnitudinem, multotiens magis necessarium pertingere huc in multitudine irrationabilem esse violentie. Sed rationabiliter nec audimus nec paciencia videntur corpora molem

tam nullam passionem patimur non
sonare. Simul autem erit et causa
horum manifesta et testimonium
dictorum nobis sermonum
quod sint vera. Dubitatum enim
et faciens pytagoricos dicere sim-
phoniam latorum hoc erit argu-
mentum. Quecumque enim ipsa
secundum se feruntur faciunt so-
num et plagam. Quecumque
autem in lato inexistunt aut
existunt quemadmodum in na-
vi partes non possibile est sona-
re. Neque utique navis si feratur
in flumino. Quamvis rationibus utique ha-
bet dicere quod in continuum fer-
tur non quam fertur. Malus et pup-
pis facit sonum multum et ante
navis. Aut iterum ipsa navis mota.
Quod autem et non lato fertur facit
sonum. In lato autem continue et
non facienti plagam impossibile
sonare. Quare hic dicendum quod si quidem
ferebantur corpora horum in multi-
aeris multitudine ex pauca per
totum sive ignis quemadmodum omnes
necesse facere supernaturalem ma-
gnitudinem sonum. Hunc autem facere
et hunc pertingere. Itaque quoniam non
videtur hoc, accidens neque utique anim-
ata neque violenta feretur latione ne-
ullam. Quasi velud providente natura
quoniam non hoc modo se
habente motu nichil utique erit eorum hic
similiter huius. Quare autem quod g-

sphera sunt astra et non moventur
per se ipsa dictum est.

De ordine autem ipsorum quo quidem
modo non singula ponuntur sed
hec quidem esse priora hec autem posteriora et
quomodo se habent ad invicem elongationi-
bus ex hiis que circa astrologiam con-
sideretur. Dicitur enim sufficienter.
Accidit autem secundum rationem fieri unicuiusque
motus elongationibus per hoc quidem
esse velociores hos autem tardiores. Quo-
niam enim supponitur extremam celi
circulationem simplicem esse et velo-
cissimam aliorum autem tardiores
et plures unumquodque enim contra
celo fertur suum ipsius circulum. Rationa-
le iam proximissimo quidem simplici
et prime circulationi in pluri tempore
pertransire suum ipsius circulum, maxime
autem distanti in minimo, aliorum autem
semper proximiorem in pluri. Dis-
tanciorem autem in minori. Proxima-
ssimo enim maxime prevalet. Distan-
ti autem maxime omnium minime propter
distanciam. Intermedia autem secundum ratio-
nem distantie etiam sicut osten-
dunt mathematici.

Figuram autem unius cuiusque astro-
rum spericam maxime utique quis
rationabiliter existimabit. Quoniam autem
enim ostensum est quod non
nata sunt moveri per se ipsa. Natura
autem nichil irrationabiliter neque frustra facit,
palam quoniam et figuram talem
dedit immobilibus que minime est

est motiua. minime autem motiua secundum se propter nullum habere organum motum. palam quia sperica utique erunt mole. ¶ Ad hunc autem similiter quod omnia et unum. luna autem ostenditur per eam que circa visum quoniam sperica. non enim utique fiet crescens et deficiens plurimum quidem lunularis aut amphicirtos semper autem dixotomos et iterum per astrologica quia non utique essent solis eclipses lunulares. quare siquidem unum tale palam quia utique erunt.

¶ Duabus dubitationibus en ¶ specitibus de quibus merito utique quilibet dubitabit temptandum dicere quod videtur dignum esse reputantes promptitudinem magis imputari verecundie quam audacie siquis propter philosophiam sitire et parvas sufficiencias diligit de quibus maximas habemus dubitationes. ¶ Ad hunc autem multis existentibus ¶ Ad hoc talibus non minime mirabile propter quid quidem non semper plus distancia a prima latione movetur pluribus motibus: sed intermedia plurimis. rationabile enim utique videbitur esse primo corpore una lato latione propinquissimum minimus moveri motibus: puta duobus habitum autem tribus. aut aliquo alio tali ordine. nunc autem accidit contrarium paucioribus. enim sol et luna moventur motibus quam erraticorum astrorum quedam quanto longius a medio et propinquius primo corpori sicut ipsius palam autem hoc secundum quibusdam etiam visu. lunam enim est lunam autem vidimus dixotomam quidem existentem subintrantem autem astrorum marti et occultatum quidem secundum nigrum ipsius exeuntem autem secundum clarum et lucidum. similiter autem et de aliis astris dicunt quidam diu observaverunt ex pluribus annis egyptii et babilonii a quibus multas credulitates habemus de unoquoque astrorum. ¶ Et hoc quidem merito dubitabit utique aliquis. 2 dubi

et propter quid quidem in prima autem latione tanta est astrorum multitudo ut arismeticorum esse videatur omnis ordo. In aliis autem unum solum singulare. Duo autem aut plura non videntur in eadem infixa latione. ¶ De hiis autem quidem querere bene se habet et ad eam que ad plus intelligentiam et quidem modicas habemus causas: et tanta elongatione distantes ab hiis que circa ipsa accidentibus tamen ex hiis contemplantibus magis rationale utique videbitur esse quod nunc dubitatur. Sed nos ut de corporibus ipsis solis et solitariis ordinem quidem habentibus. Inanimatis autem omnino percipimus. Oportet autem tamquam participantibus existimare actione et vita. Sic enim magis videtur Solucio

pt' bonum ee actus. Videt' & optie
quid hnti existe quod bn. sine actoe
ppinquissimo & p paucam & unam
hui & quam longius. p plures quemadm
in corpe. hoc quid in exercitatum bn
hre. hoc & modicum de ambulans.
h' et cursu indiget et lucta & pug
na. Item & alti nq quaecumq labor
anti. hoc utiq ad huc existet bonu
s; altum aliquid erit & dirige diffi
cile aut multa. aut multociens
puta mille astragaltu. h hios
ulte difficile. s; unum aut duo
facile. et item qm hoc quid indigu
erit h' gra opari hoc aut altum s' i
uno quid aut ad duobus facile adi
pisci. Quanto & utiq p plura di
fficilius. pp quod oz putare et acto
nem astrorum ee talem qual quid
alum et plantarum. Et enim
hic hominis plurime opones. multo
rum enim eorum q bn possint ad
ipisci ut et multa opantur et alior
gra quod & ut optime hns neq
indiget actone. Et enim ipsum
quod cuius gra actio & semp est i
duobus. cum et cuius gra sit & h'.
aliorum & alium. paucores. pla
tarum & pua quedam et una for
te. aut enim unum aliquid est q
sortiet' utiq quemadm et homo ad
et multa omnia pma sunt ad
optimum. hoc quid g' ht et ptici
pat optimo. h & actingit ne p
paucos mot'. hoc & p unitcs. hoc

& nq pcipit ipe p paucos motus
hoc & s; sufficiens ad ipe extremo
venire puta si sanitas finis hoc
quid utiq semp sanum est. hoc q
dem extenuatum. hoc & exercis'
extenuatum. hoc & et aliud ad
opans currendi gra. Quare plu
res motus. alium aut non potest
ad sanari puenire. s; ad currere
solum aut extenuari et horum
altum finis ipsius. maxime quide
enim illo sortiri sine optimum oi
bus. s; & non semp melius erit quan
to utiq ppinquius sit optimo.
Et pp hoc terra quid totaliter non
movetur ppinqua. aut paucis moti
bus. Non enim actingunt ad
extremum. s; usq quo possunt
sortiri divinissimo principio. primum
aut celum sortitur confestim per
unum motum. Que & me
dio primi et extremorum actigunt
quid p plures & actingunt motus.
De dubitone & qua sunt prima
quid unam existentem latonem
magna multitudo consistat astro
rum. aliorum & sigillatim v
numm laccepit ppios motus. pp
unum quid utiq quis primum ronabi
liter existimabit h' existere. melius
enim oz vite et principii vitalis
multum excellenciam ee prime
ad alias erit & utiq actus sim
bonum prima quid enim una existens
multa movet corpora divinor

multe autem entes unum solum
mouent. Erraticum enim unumquod-
que pluribus fertur lationibus. Siquidem
igitur adequatur natura et facit ordinem,
unum quidem lationem multa tribuens
corpora, uni autem corpori multas lationes.
Et propter adhuc quod quidem unum
habent corpus alie lationes, quia mul-
ta corpora mouent que prime ultime
et uni astrum habentis. In multis
enim speris ultima spera infixa fer-
tur. Unaquaque autem spera corpus existit. Il-
lius quidem igitur commune erit opus; unicuique
quidem enim singularis propria per naturam
latio, hec autem uelud apponitur. Omnis
autem finiti corporis ad finitum uirtus
est. De circulariter quidem motu la-
tis astris dictum est qualia quedam
sunt secundum substantiam et secundum figuram
et latione et ordine ipsorum.
Reliquum autem de terra dicere ubi
existit dicere posita et utrum
quiescentium est aut motorum
et de figura ipsius. De positione autem
quidem igitur non eandem omnes habent opi-
nionem. Sed pluribus in medio
positam dicentibus quicumque totum
celum finitum esse aiunt, contra-
riam esse Ytalici uocati Pythago-
rici dicunt. In medio quidem
enim ignem esse inquiunt, terram
autem unum astrorum existentem
circulariter latam circa medium
noctem et diem facere. Adhuc
autem oppositam hanc aliam astru-
unt terram, quam antichthona nomine
uocant. Non ad apparentia rationes
et causas querentes, sed ad quasdam ratio-
nes et opiniones ipsorum appen-
cia attrahentes et temptantes
adornare. Multis autem utique
et aliis simul uidebitur non opor-
tere terre medium regionem assigna-
re, credibile non ex apparentibus con-
siderantibus, sed magis ex rationibus. Ho-
norabilissimo enim putant con-
uenire honorabilissimam exi-
stere regionem. Esse autem ignem quidem
quam terram honorabiliorem, item autem
intermedius extremum; autem et me-
dium terminos. Quare ex hi-
is reconsiderantes non putant in
medio spere positam ipsam, sed magis
ignem. Adhuc autem Pythagori-
ci quia propter maxime conuenire
custodiri principalissimum totius,
medium autem esse tale, Iouis car-
cerem nominant hanc habentem
regionem; tamquam medium sim-
pliciter sit dictum et quod magnitudinis
medium et rei existens medium
et nature. Atqui quemadmodum in
animalibus non idem animalis et corporis
medium, sic existimandum ma-
gis esse et totum celum. Propter hoc
quidem igitur causam nichil eos oportet timere
circa totum, neque adducere custodiam
ad centrum, sed illud querere medi-
um quale quid et ubi aptum natum est.
Illud quidem enim principium, quod

medium et honorabile locum dicunt.
medium assimilatur ultimo ma-
gis quam principio. Quod enim
determinatum medium, quod autem determi-
nans finis. honorabilius autem conti-
nens et finis quam finitum. hoc quidem
enim materia, hoc autem substantia consistentie est.
De loco quidem igitur terre hanc habent qui-
dem opinionem quidam. Similiter
autem et de mansione et motu. Non
enim eodem modo omnes suspican-
tur. sed quicumque quidem non in medio
ponunt esse, moveri ipsam
in circuitu centri medium. Non solum
autem hanc sed et antichthona contrariam facien-
tes prius. Quibusdam autem vide-
tur et plura corpora talia contingere
ferri circa medium nobis immanife-
sta propter superpositionem terre. propter quod et lune
eclipses plures quam solis fieri inquiunt.
lationum enim unumquodque obum-
brare ipsam. sed non solum terram.
Quoniam enim non est terra centrum
sed distat per emisperium ipsius totum,
nichil prohibere putant apparentia ac-
cidere. similiter non habitantibus nobis
in centro, quemadmodum et si in medio
esset terra. Nichil enim neque nunc fit
manifestum per medietatem distan-
tie huius que diametri. Quidam
autem et positam in centro dicunt
ipsam revolvi et moveri circa eum
qui semper statutum polum, quemadmodum
in Thimeo scriptum est.
Similiter autem et de figura du-
bitant. Huic quidem enim videtur
esse sperica, huic autem lata et figura
timpanalis. Faciunt autem argu-
mentum quia occidens et oriens
sol rectam et non circularem in-
terscisionem facit terra, tamquam oporteret,
si quidem esset sperica, circularem
fieri abscisionem, non attendentes e-
longationem solis ad terram et ro-
tunditatis magnitudinem, quomodo
in apparentibus parvis circulus rectus vi-
detur a longe. propter hanc quidem igitur
fantasiam nichil ipsis discredere oportet
non rotundam molem esse terre.
Sed ad hoc opponunt et dicunt
propter quietem necessarium figuram hanc
habere ipsam. Et enim de motu et
mansione dicti modi multi existunt.
Dubitare quidem igitur omnibus
necessarium supervenire. Forsitan enim
irrationabilioris mentis non mirari
quomodo quidem parva particula terre quidem
si elevata dimittatur fertur et ma-
net non, et plus semper velo-
cius, totam autem terram si quis dimit-
teret cum elevavit non utique ferre-
tur. nunc autem quiescere tantam gravi-
tatem. Sed ad hoc utique si quis
latas particulas ipsius antequam cadere mo-
veret terram ferrentur deorsum nul-
lo resistente. Quare dubitare quidem
merito factum est philosophicum om-
nibus. Solutiones autem de hoc non ma-
gis inconvenientes esse modi dubi-
tationes mirabitur utique aliquis.

Hu quid enim. pp hec infinitu
qd deorsum t're ee aiunt qmad
xenofanes kolofoni9 ut no ne
gocient9 qrentes cam pp quod
et empedocles sic obstant obstu
punt dicens siquid infinite t're
profunditates et inulsus ether qd
p multorum orum lingua deu
naue effusa sunt modicum tot
intelligentium. Hy a in aq poi
hunc enim antiquissimu suscep
pimus sermonem qm aiunt di
ce thalem milesium tamqm pp
natatom ee manentem qmad
lignum ul aliquid tale aliud
alui horum in aere quid mo
natum est maie s3 in aqua
tamqm no eadem rone ex t're
de t'ra. et aq sustinte t'ram. n3
enim aq nata est maie eleua
ta. s3 in aliquo est. Ad hoc
a qmadm aer aq leuior. & t'ra
aqua. qr quo possibile est le
magis deorsum pom grauiori g
ium. Ad hoc a siquid tota
nata est maie in aq pilam q
et particlarum unaq3 ipius. no
a no uidet h' factum. s3 qlib3
particla ferr infimdum et velo
cius maior. Sz intent usq3
ad aliquid qrere. s3 no ul quid
ubi possibile dubitanis omnibus
enim nob hec osuetum no adre
a qom. s3 ad sua dicentem. et
enim ipse intr ipso querit usq3
uelq3 ubi no amp hat odice ip
se sibi ipi. pp qd o3 questiuu be
ne instituturum ee p ppas instan
tias gn. hec a est ex omnica
sidiasse distinctiones. Anaximen
es. et anaxagoras et democt
latitudinem cam ee dicunt ma
nendi ipm. non enim diuidere
s3 supercantare aerem qui de sbt
quod uidet facientem hincia cor
fracte q3 enim et aduentos hut
difficile mobilr pp resistenciam
hec ipm uelq3 facere in latitu
dinem tusstinur locum sufficiens
multo eo qd deorsum ad supp
situm. No hntem autem quo
transfeatur locum sufficiens ml
to eo qd deorsum qmesce qm
adm inecclipsedras aq. Q a
posse multam grauitatem fer
re comphensus et manens aer.
argumentu multa dicunt. Pri
mum quid si no lata figura
t're est. pp hec quid no uelq3 q
esset qmmus mansiones no la
titudo ca ex quiby dicunt. s3
magnitudo mag pp coartato3
enim no hns transitum aer ma
net pp multitudinem. multus aut
est aer pp magnitudinem ml
ta comphendi t're. Quare h'
quid existet. et si spica quid
sit t'ra tanta a sm magnitu
dinem. manet enim sm illo3
rom. Totaliter a ad sic dantes

de motu non de parte est dubitandum. sed de toto quodam et omni. a principio enim determinandum utrum est aliquis corporibus non motus aut nullus. et utrum non quidem non est violencia aut eciam est. Quoniam autem de hiis determinatum est prius quecumque secundum eam que adest virtutem et habuimus utendum ut existentibus. si enim nullus naturalis motus est ipsorum nec violentus erit. si autem non est nec naturalis nec violentus. totaliter neque movebitur. De hiis enim quia necesse accidere determinatum est prius. Et adhuc quia nec quiescere contingit. sicut quidem enim motus existit aut violencia aut non. sic et quies.

Sed adhuc siquidem motus secundum naturam non utique violenta erit latio solum nec quies. Quare si violencia nunc terra manet. et venit ad medium lata propter circumgiracionem. Omnes enim causam hanc dicunt ex hiis que in liquidis et circa aerem accidentibus. In hiis enim semper feruntur maiora et graviora ad medium giracionis propter quod utique et terram omnes quotquot celum
2o generant ad medium venire dicunt.

Quoniam autem manet causant causam et dicunt hii quidem hanc modo latitudo et magnitudo ipsius causa. Hii autem quemadmodum empedocles celi lacionem prohibere quemadmodum aqua in cyathis et enim hec in circuitu cyato

lato multociens ad inferius eris terra tamen non fertur deorsum nata ferri deorsum propter eandem causam. Quoniam autem nec giracione prohibente nec latitudine. sed supervenente aere alicubi feretur ad medium quidem enim si violencia et manet violencia secundum naturam autem necesse esse aliquam ipsius lacionem. Hec igitur utrum sursum. aut deorsum. aut alicubi est esse. quidem enim contrarium necesse. Si autem neque magis deorsum quam sursum aer autem quam sursum non prohibebit eam que sursum lacionem nec utique quod deorsum terra prohibebit eam que deorsum. eandem enim eorundem necesse esse causam eisdem. Adhuc ad empedoclem utique illud quis dicet. Quando enim elementa distabant seorsum ab lite que causa terre mansionis erat. Non enim utique et tunc causabit giracionem.
Inconveniens autem et non considerare quoniam 2
prius quidem propter giracionem ferebatur partes terre ad medium. Nunc autem utique propter quam causam omnia gravitatem habencia feruntur ad ipsum. non enim giracio appropinquat ad nos.
Adhuc et ignis sursum fer 3
tur. propter quam causam. Non enim propter giracionem. Si autem ferri alicubi natus est. palam quia et terram
existimandum. Sed adhuc 2
nec giracione grave et leve determinatum est. Sed prius existentibus

gravibus et levibus. Hec autem ad me
dium veniunt. Hec autem sursum feran
tur propter motum. Erit ergo et ante si
gnificationem grave et leve que
quidem determinata erunt et ali
quando apta nata erunt ferri aut
aliubi. Infinito enim ente im
possibile est esse sursum aut deor
sum. Determinata autem sunt hi
is grave et leve plurimum quidem
et cetera causas habent determinata sunt.

Sunt autem quidam qui propter simili
tudinem dicunt ipsam manere.
sicut antiquorum Anaximan
dros. magis enim nichil sursum
aut deorsum aut in plagis ferri
convenit quod in medio collo
catum et similiter ad extrema
se habens. Simul autem impossibile ad
contrarium facere motum. Quare
ex necessitate manere. Hoc autem
dicitur persuasibiliter quidem non ve
re. Secundum enim hanc rationem necessarium
omne quodcumque ponatur in me
dio manere. Quare et ignis qui
escet. Quod enim dictum est
non proprium terre. Sed et necessarium
non enim solum videtur manens
sed et lata ad medium. ubi utique
quecumque fertur particula ipsius
necesse ferri et totum. ubi autem fertur
secundum naturam et manet ibi secundum naturam
Non ergo propter similiter se extrema
habere. hoc quidem enim omnibus commune fieri
autem ad medium proprium terre.

Inconveniens autem et hoc querere
propter quid quiescere manet terra in me
dio. Igitur autem non quiescere propter quid
in extremo. Siquidem enim et illi
natura locus extremus. palam quia
necessarium quiescere esse et terre natura lo
cum. Si autem non hic iste lo
cus sed propter necessitatem manet ea
que similitudinis. Quemadmodum que
de crinibus sermo fortiter quidem si
militer autem undique tense quidem
non disrumpetur et esuriente et siti
ente valde quidem similiter autem
et cibabilibus et potabilibus et equa
liter distante. et enim hunc quiescere
necessarium. Querendum ipsis
de ignis mansione in extremis.

Mirabile autem et de mansio
ne querere de latione autem ipsorum
non querere. propter quid quidem hec quidem
sursum fertur hec autem ad medi
um nullo impediente. Sed
adhuc neque verum quod dicitur secun
dum accidens hec tamen verum quod necessarium ma
nere in medio omne cui nichil ma
gis huc quam illuc moveri conve
nit. Sed propter hanc rationem non manebit
sed movebitur non tamen totum sed
disceptum. Eadem enim congruit
ratio et in igne. Positum enim po
situm manere similiter quemadmodum terram
similiter enim habebit ad signorum
extremorum quodcumque. Sed tamen
fertur a medio quemadmodum et latius
videtur si non aliquid prohibeat ad

ad extremum. Sumptum non toti
quod unum sicut signum. Hec enim
necessarium solum accidere ex ratione ea que
similitudine secundum proportionata particula
ad proportionatum extremum. Di
co autem puta contenta plus ad contentum con
tinentis partem. Ut enim pervenitur
corpus est. Quemadmodum autem et si ex
magne conveniat decrescentium in
minorem locum. Sic itaque et ex pro
in maiorem: terrius ferri. Quare
itaque et terra hoc modo movetur a
medio. propter similitudinem rationum.
si non utique tie iste locus esse. Quecumque
quidem igitur existunt de figura ipsius
suspicari. et de locis et mansione
et motu fere hec sunt.

Nos autem dicamus primum utrum
habet motum aut manet.
Quemadmodum enim diximus. hii quidem ip
sam unum astrorum esse faciunt. a
lii in medio ponentes. revolui et
moveri dicunt circa medium polum.
Quod autem est impossibile. palam sumen
tibus principium quod si quidem fertur
sive extra medium eius sit sive in me
dio necessarium ipsam in motu hoc moveri. non
enim ipsius terre est motus etenim
utique particularum unaqueque hanc ha
bet lationem. Nunc autem in rectum
omnia feruntur ad medium. propter quod
non possibile sempiternum esse violentum
existentem et preter naturam. mundi autem
ordo sempiternus. Adhuc omnia
lata latione circulari deficientia vi
dentur et mota pluribus una la
tione preter primam. Quare et
terram necessarium sive circa medium sive
in medio posita feratur duabus mo
veri lationibus. Si autem hoc accidit
necessarium fieri mutationes et versiones
fixorum astrorum. Hoc autem non videtur
fieri. sed semper hec secundum eadem ori
untur et occidunt loca ipsius. Adhuc
autem latio partium et totius ipsius
secundum naturam ad medium totius est.
Hec enim utique et existit posita
nunc in centro. Dubitabit utique
aliquis cum idem duorum est me
dium: ad utrum feruntur gravitatem
habentia. et particule terre secundum naturam. utrum
quia totius est medium aut quia
terre. Necesse itaque ad id quod totius.
etenim levia et ignis in contrarium
lata gravibus ad extremum loci con
tinentis medium. accidit autem idem
medium terre esse et totius. feruntur enim
et ad id quod terre medium. sed secundum
accidens secundum quod medium habet in totius
medio. Quoniam autem fertur et ad terre
medium signum quia que lata
gravia ad hanc non iuxta invicem
feruntur sed ad similes angulos. Quare
ad unum medium feruntur et terre.
Manifestum igitur quia necesse in medio
esse terram et immobilem. propter dictas
causas. Et quia in proiecta violenter
gravia secundum regulam rursum feruntur
in eundem. et si in infinitum vir
tus proiciat. Quod quidem igitur neque mo

nunc ex medium ponitur maxime ex
his. Quod quidem igitur palam ex dictis
causam mansionis. Si enim natura est
ferri ex omni parte ad medium quemadmodum
videtur, et ignis a medio iterum
ad extremum, impossibile latum esse quamcumque
particulam ipsius a medio non
vi passam. Una enim latio unius et
simplex simplicis, si non contrarie. Que
autem a medio ei que ad medium con-
traria. Si igitur quamcumque partem impos-
sibile latam esse a medio, manifestum quod
et totam adhuc impossibilius. Ad quod
enim pars nata est ferri, et totum
illuc natum est. Itaque siquidem
impossibile moveri non a fortiori, necessarium utique erit ipsam
manere in medio. Testificantur
autem his et a mathematicis dicta circa
astrologiam. Apparentia enim acci-
dunt transmutatis figuris quibus deter-
minatus est astrorum ordo tamquam
in medio posita terra. De loco quidem
igitur et mansione et motu quem-
admodum habet tanta dicta sunt de ipsa.

Figura Figuram autem habere speram necesse
est ipsam. Unaqueque enim parti-
cularum gravitatem habet ad medium
et minor a maiori pulsa non potest
intumescere, sed comprimi magis et con-
cedere alteram alteri quousque utique
veniant ad medium. Oportet autem
intelligere quod dicitur quemadmodum utique si fieret
secundum modum quem quidam physiologorum
dicunt aliquam factum esse. Verumptamen illi
causam violentiam quidem ponunt
eius que deorsum lationis. Melius
autem ponere verum et dicere hec accidere propter
dum ipsum habere ferri gravitatem habens
ad medium. Impossibili quidem igitur existente
genitum disgregata ferebantur similiter
ex omni parte ad medium. Sive quidem
similiter ab extremis divise partes con-
venirent ad medium, sive aliter, simi-
lia facient idem. Quod quidem igitur
similiter undequaque ab extremis la-
tum ad medium necessarium simile fieri
undique molem, manifestum. Equali enim
undique apposito equaliter necesse distare
a medio extremum. Hec autem figura
spere est. Nichil autem differret ad
rationem, nec si non ex omni parte similiter
convenirent ad medium particule ip-
sius. Plus enim semper quod prope ipso in-
minus propellere necessarium, ubi ad medium
inclinationem habentibus ambobus et gra-
viore propellente usque ad medium grave.
Quod enim utique quis dubita-
bit eandem habet solutionem. Si enim ex-
istente in medio et sperica terra mul-
to maior gravitas apponatur ad
alterum emisperium, non idem erit me-
dium totius et terre. Quare aut
manet in medio aut siquidem quando
esset etiam non medium habens. Apta
nata est moveri nunc. Quod quidem igitur
dubitatur hoc est. Dicere autem non
difficile modicum intendentes et
dividentes qualiter dignificamus
quamcumque magnitudinem ad medium gravita-
tem habentem. Palam enim quod non usque

tangat centrum extremum. Sed
et siquale quod plus donec utique su
mat sui ipsius medio: medium usque
ad hoc enim habet inclinationem. Nichil
differt igitur hoc dicitur in bolo et parte
contingente. aut in tota terra. Non
enim propter parvitatem aut magnitu
dinem dictum est accidit. Sed de omni
inclinationem habente ad medium. Quare
sive tota ab aliqua parte ferebatur: si
ve secundum partem: necessarium usque ad hoc
ferri. donec undique comprehenderit similiter su
mat medium. ad equalis minori
bus a maioribus propulsione incli
nationis. Sive igitur facta est: hoc ne
cessarium factum esse modo. Quare
manifestum quia speram genito primus. Si
ingenita semper manens. eodem
modo habet quo ingenita utique primum
facta est. Secundum hanc itaque rationem necessarium
esse figuram speram ipsius. Et
quia omnia feruntur gravia ad similes
angulos sed non iuxta invicem. hoc autem
aptum natum est. ad non speram
aut quod est spera. ad non speram. Quare
aut unumquodque dicere tale. quod non vult
esse et existere. sed non quod in et prius fuerunt.
Adhuc autem et per apparentia
secundum sensum. Non enim utique lune e
clipses tales haberent decisiones. Nunc
enim in huius quidem secundum mensem figu
rationibus. Omnes accipit distinctiones
et enim recta fit et amphicyrtos
et concava. Circa eclipses autem
semper habet terminantem lineam.

Quare quoniam eclipsatur propter terre
interpositionem. terre utique erit rotunditas
figure causa spera existens. Ad
huc autem et per astrorum apparenciam non
solum quia manifestum quia rotunda. sed
et magnitudine non existens magna.
modica enim facta translatione nobis
ad meridiem et articum: manifeste
alter fit orizon circulus. ita ut que
super caput astra magnam habeant
transmutationem. et non eadem videan
tur ad articum et meridiem transmu
tantibus. Quedam enim in egyp
to quidem stelle videntur et
circa cyprum. In hiis autem que
ad articum regionibus non videntur.
Et videntur que semper in hiis que
articum apparent astrorum. in
illis locis occultantur. Quare
non solum ex hiis que pilam ro
tundam esse figuram terre. sed etiam
que non magne. Non enim utique
sic velociter pilam faceret translatis
tam modicum. Propter quod existima
tes copulare eum qui circa eracle
as columpnas locum cum eo qui
circa Indicum. et hoc modo esse mare
unum non valde suspicari incredi
bilia videri. Dicunt autem argumen
tantes et elephantibus qui circa
utraque loca novissima existencia genus
esse ipsorum velut novissimis propter
convenire adinvicem hec pulsis.
Et mathematicorum quicumque
magnitudinem ratiocinari attemptant

signum mare

commensurationis ad quadraginta dicunt
esse miriades stadiorum, ex quibus
argumentationibus non solum speciem
molem necesse esse terre, sed et non ma-
gnam ad aliorum astrorum ma-
gnitudinem. Incipit ter-
cius. De
primo celo et
quidem mun-
igitur celo et do.
partibus. Ad-
huc autem de
in ipso latis as-
tris ex quibus
constant et qualia
quedam natura sunt. Adhuc autem ingenita
et incorruptibilia pertransivimus prius.
Quoniam autem eorum que natura dicuntur
hec quidem sunt substantie, hec autem operationes
et passiones horum. Dico autem
substantias quidem simplicia corpora, puta
ignem terram et coelementata hiis,
et quecumque ex hiis, puta et totum
celum et partes eius, et iterum alia
et plantas et partes horum. Pas-
siones autem et operationes motus horum uni-
cuiusque et aliorum quorumcumque sunt
causa ista elementa secundum virtutem ipsorum.
Adhuc autem alterationes et in in-
vicem transmutationes, manifestum quoniam con-
tingit naturalis historie plurimam circa de
corporibus esse. Omnes enim naturales
aut corpora aut cum corporibus ge-
nerantur et magnitudinibus. Hec autem
palam ex eo determinatum est quali-

Ut non et ex per singula contempla-
tione. De primo quidem elementorum
dictum est et quale quid secundum naturam, et
quoniam incorruptibile et ingenitum.
Reliquum autem de duobus dicere. Simul
autem accidit de hiis dicentibus et de
generatione et corruptione intendere. Generatio
enim aut quod penitus omne non est,
aut solum in hiis elementis et hiis
est. Ipsum autem primum hoc forte con-
siderandum utrum est aut non est.

Prius quidem igitur philosophantes de
veritate, et ad quos dicimus nos
nunc sermones, et ad invicem dubi-
tati sunt. Hii quidem enim ipsorum
totaliter auferebant generationem et corruptio-
nem. Nichil enim neque fieri aiunt neque
corrumpi existentium, sed solum videri
nobis, puta qui circa Melissum et
Parmenidem, quos et si alia dicunt
bene, sed non physice oportet putare dicere.
Esse enim quedam existentium ingeni-
ta et totaliter immobilia magis
est alterius et prioris quam physice
considerationis. Illi autem propter nichil quidem aliud
preter sensibilium substantiam suspicari esse,
tales autem quasdam intelligere, primum intel-
ligunt erit alia cognitio aut scien-
tie transtulerunt ad hec per eas que inde ra-
tiones. Alii autem quidam velut
studiose contrariam hiis habuerunt
opinionem. Sunt enim quidam qui
aiunt nullam ingenitum esse rerum,
sed omnia generari. Genita autem hec quidem
incorruptibilia permanere, hec autem

explicit liber secundus de celo et mundo
incipit liber tertius

...nem corrumpi maxime quidem antiquitus esiodum. Deinde et aliorum primi physiologizantes. Hii quidem omnia alia aiunt generari et fluere esse, stare autem nichil, unum autem quoddam solum subsistere, ex quo hec omnia transformari nata sunt. Quod quidem videntur dicere alii multi et eraclitus ephesius. Sunt autem quidam qui et omne corpus generabile faciunt, componentes et dissolventes ad superficies et ex superficiebus. De aliis quidem igitur alter sit sermo. Dicentibus autem hoc modo et omnia corpora constituentibus ex superficiebus, quecumque quidem alia accidit dicere contraria disciplinis, promptum videre. Iustum autem aut non movere aut credibilioribus ipsa rationibus movere quam suppositiones. Deinde palam quia eiusdem rationis est solida quidem ex superficiebus componi, superficies autem ex lineis, has autem ex punctis. Sic autem habentibus non necesse linee partem lineam esse. De hiis autem consideratum est prius in hiis que de motu sermonibus, quia non sunt indivisibiles longitudines.

Quecumque autem de naturalibus corporibus impossibilia accidit dicere facientibus indivisibiles lineas, ad modicum consideremus et nunc. Impossibilia enim in illis accidentia et naturalibus consequantur. Que autem in hiis in illis non omnia, propter id quod ex ablatione mathematica dicuntur, physica autem ex appositione. Multa autem sunt que indivisibilibus non possibile existere naturalibus, autem necessarium. Puta si aliquid est indivisibile. Indivisibile enim divisibile impossibile est existere. Passiones autem divisibiles omnes dupliciter, aut enim secundum speciem aut secundum accidens. Secundum speciem quidem puta coloris album aut nigrum, secundum accidens autem si cui existunt sit divisibile. Quare quecumque simplicia passionum omnia sunt divisibilia hoc modo. Propter quod impossibile in talibus considerandum.

Si itaque impossibile est utraque nullam habere gravitatem, ambo habere gravitates, sensibilia sunt corpora omnia aut quedam gravitatem habent, puta terra et aqua. Et utique ipsi dicerent si quidem punctum nullam habet gravitatem, palam quia neque linee, si autem non hee neque superficies. Quare neque corporum nullum. Sed et punctum non possibile gravitatem habere manifestum. Grave enim omne et gravius et leve levius contingit aliquo esse. Gravius autem aut levius forte non necesse grave aut leve esse. Quemadmodum enim magnum maius, maius autem non semper magnum. Multa enim sunt que parva entia simpliciter tamen maiora aliis sunt. Si itaque quodcumque grave ens gravius sit, necesse gravitate maius esse, et grave omne divisibile utique erit. Punctum autem indivisibile supponitur.

Adhuc si grave quidem spissum

aliquo differens eo quod in eo aliquid mo
le plura existant. Si igitur est punc
tum grave et leve est et si den
sum et rarum. Sed quod quidem spi
ssum et divisibile, punctum autem
indivisibile. Si autem omne grave
molle et durum necesse esse facile
ex hiis impossibile aliquod deducere.
Molle quidem ipsum enim quod in se
ipsum cedens, quod autem cedens divisibile.
Sed adhuc neque ex non habentibus gravi
tatem erit gravitas. Quantitatis
enim accidet hec et in quantis non
sit determinabunt non volentes
fingere. Et si omnis gravitas
maior gravitate gravitati acci
det et minorique impossibilium qua
ntitate habere. Si enim in maior po
ta gravitate habet quod autem ex pluribus
fuit eodem gravium ente gravius
aliqua autem gravium gravius necesse grave
esse quemadmodum aliquo album albius.
Quare maius uno puncto gra
vius erit ablato equali. Quare
et unius puncti gravitatem habe
bit. Adhuc si quidem superfici
es solum secundum lineam contingit
compositionem inducens. Quemadmodum enim
et linea utroque modo componitur
et secundum longitudinem et secundum la
titudinem, oportet superficiem superfi
ciei eodem modo linea autem puncti
linee compositionem secundum lineam sup
positam non solum appositam.
Sed et si quidem et secundum latitu
dinem contingit componi erit
aliquod corpus quod neque elementum
neque ex elementis compositum ex sic
compositis superficiebus. Adhuc hec
si quidem multitudine graviora
corpora superficierum. Quemadmodum
in Tymeo determinatum est, pala
quod habebit et linea punctum
gravitatem proportionaliter enim ad in
vicem habent quemadmodum et prius di
ximus. Si autem non hoc differunt non
sed magis terram quidem esse grave, ignem
autem leve erit et planorum hec
quidem leve hec autem grave et line
arum utique et punctorum simi
liter superficies enim terre erit gra
vior quam que ignis. Totaliter autem
accidit nullam quidem esse magni
tudinem aut posse auferri. Si
quidem similiter se habet punctum ad
lineam, linea autem ad planum, hoc
autem ad corpus omnia enim ad invicem
resoluta in prima resolventur
in quod contingeret utique puncta
solum esse corpus aut nullum.
Adhuc autem et si tempus simili
habet auferretur utique quandoque aut con
tingeret utique ablatum esse. Quod
enim nunc indivisibile velut
punctum linee est. Idem autem
accidit et ex numeris constituentibus ce
lum quidam enim naturam ex numeris con
stituunt quemadmodum Pytagoricorum
quidam phisica. Quidam enim corpora
videntur gravitatem habentia et

levitatem habentes in corporibus facere est. Est possibile compositas ex gravitatem habere.

supersunt. propter quod et contradicetur quantitatem finitur in ea que deinceps deorsum. aer quidem in eam que aque regionem. aqua autem in eam que terre. sursum autem in eam que ignis. discrete non fertur nisi in. quemadmodum et aqua fertur cum fiat superficies una et velocius trahit quis sursum ratione qua fertur aqua deorsum. Neque in eam que aeris nisi ut nunc dictum est. terra autem hec non patitur. quia superficies. propter quod aqua quidem in vas igneum distrahitur. terra autem non. Quemadmodum autem neque terra sursum, neque ignis deorsum fertur vocato aere. nullum enim habet gravitatem neque in ea que ipsius regione quemadmodum neque terra levitatem. fertur autem deorsum duo contradicentis. Quia vero quidem simplex grave est quod omnibus substat. hoc autem ad aliquid grave eius in eam que ipsius regionem. aut quibus substare propter multitudinem materie. ¶ Quod autem necessarium facere eas differentias ipsius materie. Si quidem enim una materia omnium, puta aut vacuum aut plenum. aut magnitudo. aut trianguli. aut omnia sursum. aut omnia deorsum ferentur. alterum autem latio non erit. Itaque aut leve nihil erit simpliciter si omnia declinant et magis eo quod ex maioribus. sicut corporibus. aut ex pluribus. aut ex plena. Hoc autem videmus et ostensum est ex similiter deorsum semper et ubique fertur et sursum. Si autem vacuum aut ad tale aliquid quod sursum. non erit quod deorsum. et in medio maiorum utique quieta erunt deorsum velocius terra. In multo enim neque trianguli plures. aut solida aut parva erunt. Nihil interest autem minima particula aeris deorsum lata. Similiter autem et ignem si illud faciat quis subtiliare materiam. Si autem duo, intermedia quomodo erunt facientia que faciunt aer et aqua. puta si quis dicat esse vacuum et plenum. Ignem quidem igitur vacuum. propter quod sursum. terram autem plenum. propter quod deorsum. aerem autem plus ignem habere. aquam autem terram. Erit enim quandoque aqua que plus habebit ignem pauco aere. et aer multus pauca aqua terram plurem. Quare oportebit aeris quandam multitudinem velocius ferri deorsum aqua pauca. hoc autem non interest neque quoniam. Necesse igitur quemadmodum et ignem sursum quia tale habet puta vacuum. alia autem non, et terram deorsum quia plenum habet et aerem, in enim quam ipsius et supra aqua quoniam tale aliquid habet et aqua deorsum quia tale aliquid. Si autem erit unum aut ambo: quod aut duo ambo autem duo existunt utrique. erit aliqua multitudo utriusque que excedet et aqua quidem aere pauco ad sursum. et aere aqua ad deorsum quemadmodum dictum est multotiens. ¶ Figure autem non

ca enim quod est ferri simpliciter aut deorsum aut sursum. set eius quod velocius aut tardius. propter quid lata ferrea et plumbum. non difficile quas autem causas non difficile videre. Dubitatur enim nunc propter quid lata ferrea et plumbum amplius in aqua. alia autem minora et minoris gravitatis si sicut rotunda aut et longa puta acus deorsum feruntur et quia quedam propter parvitatem amplius et alia terrea et pulverea utique in aere. De hiis autem omnibus putare quidem causam esse quemadmodum democritus non recte habet. Ille enim inquit elevata calida ex aqua sursum pellere lata habencium gravitatem. sternere autem decidere pauca enim esse contra pulsancia ipsis. Oportebit autem in aere adhuc hoc magis facere quemadmodum instat et ille ipse. Set instans solvit debiliter. aut enim. non in unum impetum facere sursum dicens sursum motum eorum que sursum feruntur corporum. Quoniam autem sunt hec quidem facile divisibilia continuorum. hec autem minus. hoc esse putandum causas facile divisibile quidem secundum quod bene terminabile et magis quod magis. aer autem magis aqua talis. aqua autem terra et minus utique in unoquoque genere magis de facili divisibile et distrahitur facile. lineata autem secundum latitudinem propter multum comprehendere supernatet propter quod distrahi. quod non plus. de facili. E contrario autem lineata figuris propter pauca comprehendere feruntur deorsum propter dividere facile et in aere multo magis. quanto magis de facili divisibile aqua est. Quoniam autem gravitas habet quandam virtutem secundum quam fertur deorsum. et continua ad non distrahi. Hec utique adinvicem comparentur. Si enim excedat virtus gravitatis eam que in continuo ad distractionem et divisionem transibit deorsum velocius et divisionem transibit. Si autem debilior sit supernatabit. De gravi autem igitur et levi et circa ipsa accidentibus. Determinatum sit nobis hoc modo. De generatione autem et corruptione eorum que natura fiunt etc.

Explicit liber de celo et mundo aristotelis philosophi translatus de greco in latinum.

Primum de generatione

De generatione autem et corruptione natura generatorum et corruptorum similiter de omnibus et causas dividendum et rationes eorum determinandum. Amplius de alteratione et augmentatione quid utrumque. Et utrum existimandum eandem esse naturam alterationis et generationis aut separatam ut determinata sunt et nominibus.

Antiquorum ergo hii quidem eam que vocatur simplicem generationem alterationem esse inquiunt, hii autem aliud generationem et aliud alterationem. Quicumque enim unum aliquid esse omne dicunt et omnia ex uno generant, hiis quidem necesse generationem alterationem dicere et quod proprie fit alterari. Quicumque autem plures materia ponunt ut Empedocles et Anaxagoras et Leucippus hiis aliud. Quamvis Anaxagoras propriam vocem ignoravit. Dicit enim quod fieri et destrui idem existit alterari. Multa autem dicit elementa quemadmodum et alii. Empedocles enim corporalia quatuor. Omnia autem cum moventibus sex numero. Anaxagoras autem infinita et Leucippus et Democritus. Hic quidem enim omiomeria elementa ponit ut os et carnem medullam et alia quorum unicuique synonima pars est. Democritus autem et Leucippus ex corporibus indivisibilibus hec alia componi inquiunt, hec autem infinita et multitudine et morphea esse. Illa autem ab illis differunt hiis ex quibus sunt et positione et ordine horum.

Contrarie autem videntur dicentes qui circa Anaxagoram hiis qui circa Empedoclem. Hic quidem enim inquit ignem et aquam et aerem et terram elementa quatuor et simplicia magis esse quam carnem et os et alia similium partium. Hii autem hec quidem simplicia et elementa, terram autem et ignem et aerem et aquam composita. Panspermiam enim esse horum. Hiis quidem igitur ex uno omnia constituentibus necesse dicere generationem et corruptionem alterationem. Semper enim manere subiectum idem et unum. Tale autem alterari dicimus. Hiis autem qui genera multa faciunt differre generationem ab alteratione. Convenientibus enim et dissolutis generatio contingit et corruptio. Propter quod dicit hoc modo Empedocles: quoniam non nullius est sed solum mixtio et segregatio mixtorum. Quod quidem igitur proprie sic in principio eorum suppositioni consonum est, manifestum est, et quod dicunt hoc modo.

Necesse est autem et hiis alterationem esse aliud quid preter generationem. Impossibile tamen secundum que ab eis dicuntur. Hec autem quod dicimus recte facile intelligere. Quemadmodum enim videmus quiescente su-

inea transmutationem sed secundum magnitudinem que vocatur augmentatio et diminutio sic et alteratione. Sed tamen ex quibus dicunt plura principia facientes uno impossibile contrari. Passiones secundum quas hec dicimus contingere differentie elementorum sunt. Dico autem puta calidum frigidum, album nigrum, siccum humidum, molle durum et aliorum unumquodque, ut sicut Empedocles solem quidem ignem album dicit et calidum, terram autem aquam in omnibus nigrum et nebulosum. Similiter autem determinant et de reliquis. Quare si non possibile ex igne fieri aquam neque ex aqua terram, neque ex albo nigrum erit aliquid neque ex molli durum. Eadem autem ratio et de aliis. Hec autem erat alteratio. Quare et manifestum quod unam semper contrariis supponendum materiam, sive transmutentur secundum locum, sive secundum augmentationem et diminutionem, sive secundum alterationem. Amplius autem similiter necesse est esse hoc et alterationem. Si enim alteratio est, et subiectum unum elementum et una omnium habentium ad invicem transmutationem. Et si subiectum unum est, alteratio est. Empedocles quidem igitur videtur contraria dicere et ad apparentia et ad se ipsum. Simul enim autem quidem dicit aliud ex alio fieri elementorum nullum, sed alia omnia ex hiis. Simul autem cum in unum congregaverit omnem naturam preter litem, rursus unumquodque ex uno fieri. Quare ex uno aliquo natura, cum differentiis quibusdam divisis et passionibus, factum est hoc quidem aqua hoc autem ignis, quemadmodum dicit solem quidem album et calidum, et levem, terram autem gravem et durum. Ablatis igitur hiis differentiis (sunt enim ablate generabiles existentes) manifestum quod necesse fieri et aquam ex terra et terram ex aqua, similiter autem et aliorum unumquodque, non tunc solum sed nunc transmutantia passionibus. Sunt autem ex quibus dicit Empedocles possibilia advenire et separari rursus et aliter adversantibus ad invicem adhuc lite et amicitia. Ideo et tunc ex uno generata sunt. Non enim utique ignis et terra et aqua entia unum erant omne. Incertum autem et utrum principium ea ponendum, multa aut unum. Dico autem ignem et terram et similia horum. Secundum id enim quod ut materia supponitur, id ex quo transmutantia per motum fiunt ignis et terra et aqua, unum elementum. Secundum id autem quod hec ex compositione fit convenientibus illis, illa autem ex dissolutione, magis elementa, natura priora illa et prima natura.

Universaliter itaque de generatione et corruptione simplici dicendum, utrum est aut non est et quomodo est, et de aliis simplicibus motibus, puta de

angumentatione et alteratione. Plato
enim generatione solum de generatione scrutatus
est et corruptione quomodo existit in
rebus. et de generatione non omni sed de ea
que elementorum. quomodo autem carnes fiant
aut ossa aut aliorum quid aliud
talium nichil. amplius neque de alteratione
neque de augmentatione. quomodo existit
rebus. ¶ Universaliter autem preter extra ea
que superficietenus de nullo aliquis
constituit preter democritum. hic autem
videtur quidem de omnibus curam habere
iam autem in quomodo differt. De
augmentatione autem nullus quod de
terminavit ut dicimus quod non. et quis
videt quod advenientem simili aug
mentantur. quomodo autem non adhuc neque
de mixtione. neque de aliorum consimilium ut
ita dicam nullo puta de facere et
pati. quomodo hoc quidem facit. hoc
autem patitur secundum naturales operationes. ¶ De
mocritus et leucippus segregatione
quidem et congregatione generationem
et corruptionem ordine autem et positione
alterationem. quia autem existimabant verum
in apparendo contraria autem infinita
et infinita que insensibilia appetent
figuras infinitas fecerunt. quare
propter transmutationem compositi idem contrarium
videtur alii et alii. et transmutatur
parvo advenientem. et universaliter aliud ap
paret uno transmutato. Ex eisdem
enim comedia et tragedia fit literis.
¶ Quoniam autem videtur omnibus pene
alterum esse aliud generationem et alterationem.

generari quidem enim et corrumpi
congregata et disgregata. al
terari autem transmutatis passionibus de hiis
scientibus considerandum. Questiones autem
habent hec et multas rationabiles.
si quidem enim generatio est congrega
tio multa impossibilia contingunt
dicere. autem rursus rationes alie cogen
tes. et non habiles solvi. quod non con
tingit aliter habere. et si non est generatio con
gregatio aut universaliter non est
generatio. aut si est. alteratio est generatio
aut hec dissolvere difficile ens temp
tandum principium autem horum
omnium utrum sic generantur et alteran
tur et augmentantur entia. et contraria
hiis patiuntur primis magnitu
dinibus existentibus principiis omnium en
tium indivisibilibus. aut nulla est
indivisibilis magnitudo. Differt enim
hec multum. et rursum si magnitudines sunt utrum ut de
mocritus et leucippus corpora hec
sunt. aut ut in thimeo plana. hec
quidem igitur ipsum ut in aliis diximus
inconveniens. usque ad plana et
dissolvunt. Ideo magis rationale
corpora esse indivisibilia. Sed hec multam
habent irrationabilitatem. Sed tamen et
hiis alterationem et generationem contingit
facere ut dictum est. conversione
et contactu transmutare eodem
idem. et figurarum differentiis quod fa
cit democritus. Ideo et colorem
hec non inquit esse conversione enim

colorari. hii autem in planiciem
dividunt. nos autem ad hunc modum et fit per
ter solida ex compositis passionum. neque
non susceperunt generare aliquam ex ip
sis. Causa autem quod minus potuit
congregata videre in experiencia id
quod considerantes multum confessi sunt magis
illis, magis possunt supponere talia
principia, quibus multa possunt con
plicare. Qui ex multis sermonibus
in considerati existentes intuen
tes et ad pauca respicientes enun
ciant facile. Videbit autem quis
quantum differunt physice et logice
intendentes. Qui enim indivisi
biles magnitudines. hii quidem in
quiunt quod autem trigonum multa
erunt. Democritus autem videtur propriis
et physicis sermonibus persuadere. manifestum
autem erit quod dicimus procedentibus.
Habet enim dubitationem si quis ponat corpus
quoddam esse. et magnitudinem passibilem
in divisibilem et hoc possibile. Quid
enim erit quod divisiones effugiat
si enim omnino divisibile et possibile hoc
et simul hec passum divisum et si
non simul dividatur et si hoc fiat non
erit impossibile. Quare et secundum medium
similiter et universaliter. aut si omnino natura
tum est divisibile. et si dividatur
nullum erit impossibile nascetur quoniam
neque si in mille millia divisa sunt
nullum impossibile et si nullus utique
dividat. Quoniam igitur omnino tale est
corpus dividatur. Quid igitur erit

reliquum. Magnitudo non est
enim possibile. Erit enim aliquid non
divisum. erit autem omnino divisibile
sed et si nullum erit corpus neque ma
gnitudo. divisio autem erit aut ex punc
tis autem erit et si divisione ea [illegible]
ex quibus compositum est. aut nichil
nichil omnino. Quare et generabitur
bitur ex nullo et erit corpus com
positum et omne utique nichil sed ap
parens tantum. similiter autem et si erit
ex punctis non erit quantum. Quan
do enim tangebant se et una erat
at magnitudo. et simul erant
non faciebant maius omne. di
viso enim in duo vel plura non
maius neque minus omne priore. quare
et si omnia componantur nullam
faciunt magnitudinem. Sed
et si qua divisio quasi rasura corporis
et si ex magnitudine. Corpus qui
dem egrediatur idem quod sermo illud
quoddam divisibile. si autem non est corpus
sed species aliqua segregabilis aut pas
sio quidam. quia recessit. et est ma
gnitudo puncti vel et tactus. hoc
patientes in convenientis. ex non
magnitudine esse divisionibus
aut ex non divisione. Amplius autem
ubi erunt et immobiles. aut mi
nuti puncti. Tactus enim semper est
unus duorum quorundam quasi ente
aliquo preter tactum et divisionem
et punctum. Si utique quis po
sitorum ponet quodlibet aut quantitate

aut corpus omnino esse divisibile. Si
contingunt. Amplius si di-
tens lignum composito aut quod
alio equale et unum. Quare palam quia sic
habet medium. Quoniam et incido lig-
num secundum quodcumque signum omnino
est possibile. Quod igitur erit praeter divisio-
nem. Si enim et est aliqua passi-
o. Sed quomodo in haec dissolvuntur et
generantur ex hiis aut quomodo separabi-
lia. Quare palam sunt impossibilia tacti-
bus aut ex punctis esse magni-
tudinem. Necesse est corpora indivisibilia
esse et magnitudines. Sed et haec po-
nentibus non est minus contingit
impossibile. Scrutatum autem est de hiis
et in aliis. Sed haec temptandum
solvere. Ideo rursus a principio quaestio-
nem dicendum. Omne quidem
igitur corpus sensibile esse divisibile
secundum quodcumque signum et esse indi-
visibile non inconveniens. Hoc enim
potentia, hoc autem endelichia exis-
tit. Esse autem simul omnino potentia di-
visibile impossibile videtur esse utique. Si
enim possibile et fieret, non dico
ut sint simul actu ambo indi-
visibile et divisum. Sed divisum secundum
quodcumque signum. Nihil igitur
erit reliquum et in corporeum
corpus corruptum et generabitur
quidem utique rursus aut ex punc-
tis aut omnino ex nichilo. Et
hoc quomodo possibile? Sed quoniam dividitur
in separabilia et semper in minores

magnitudines et in remota et
segregata, manifestum. Neque utique secundum
partem dividentis et fractura infi-
nita neque simul possibile esse divisum esse
secundum omne signum. Non enim possibile
sed usque ad quid. Necesse igitur indivisi-
biles existere magnitudines in-
visibiles, et aliter sic erit generatio et
corruptio hoc quidem segregatione
hec congregatione. Cogens igitur
sermo esse magnitudines indivi-
sibiles hic est. Quoniam autem latet
paralogizans et quomodo latet dica-
mus. Quoniam enim non est punctum
puncto undique contiguus, omnino
esse divisibile est quidem aliter exi-
stit magnitudinibus est autem aliter
non videtur autem quoniam sic ponitur et
undique et ubique punctus esse. Quare
palam necesse dividetur magnitudinem
in puncta. Ubique enim est punctum.
Quare palam aut ex tactibus aut ex
punctis esse. Hoc autem est quod exis-
tit ubique quoniam una utrique et omnes
ut unumquodque plures autem una non sunt.
Consequenter enim non sunt. Quare
palam non ubique. Si enim secundum medi-
um divisibile et secundum contiguum
punctum et divisibile non autem possibile.
Non enim est contiguum signum
signo aut punctorum puncto. Hoc
enim est divisio aut compositio. Quare
palam est congregatio et segrega-
tio sed neque in athoma et ex athomis.
multa enim impossibilia. Neque ita ut

divisio fiat. Si enim esset contiguum punctus puncto, hec utique esset si in parva et minima est segregatio et congregatio ex minimis. Sed non simplex et perfecta generatio congregatione et segregatione determinata, ut quidam inquiunt. In continuo vero transmutationem esse alterationem. Sed hec est in quo fallunt omnia. Est igitur generatio et simplex et corruptio non congregatione et separatione. Sed cum transmutatur hec in hoc totum. Alii autem existimant alterationem esse omnem talem transmutationem. In hoc autem differt. In subiecto hec quidem est secundum rationem, hec autem secundum materiam. Cum quidem igitur in hiis est transmutatio, generatio erit et corruptio. Quando autem in passionibus et secundum accidens, alteratio. Segregata autem et congregata facilem mutabilia fiunt. Si enim in partes minutissimas aque, aer citius generatur. Si autem congregentur tardius. Magis autem erit manifestum in sequentibus. Nunc autem tantum determinatus, quod impossibile est generationem esse congregationem qualem quidem inquiunt. Determinatis autem primo utrum generatur aliquid simpliciter et corrumpitur aut principaliter quidem semper autem ex aliquo et aliquid. Dico autem puta aut ex laborante sanum fieri aut laborans ex sano, aut parvum

ex magno, aut nigrum ex parvo et alia omnia sic. Si autem non, ¶ Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter quiddam aliquod generabitur ex non ente. Quare et verum est dicere quod existit alicui non ens. Quedam enim generatio ex non ente aliquo, puta ex non albo album aut ex non ente bono bonum. Simplex autem ex simpliciter non ente. Sed simpliciter autem significat primum secundum unamquamque categoriam entis, aut universale et omnia comprehendens. Siquidem primum, substantie generatio ex non erit substantia. Cum enim non existit substantia, manifestum quia nec quale nec aliorum nullum predicamentorum, puta nec tale nec quantum nec locus. Separate enim erunt utique passiones a substantiis. Si autem non ens universaliter, negatio universalis erit omnium. Quare ex nullo necesse generari. De hiis quidem et in aliis dictum est et determinatum sermonibus amplius. Breviter autem nunc dicendum, quia modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generatur, modo autem alio ex ente semper. Potentia autem ens, actu autem non ens necesse est preexistere quod dicitur utroque modo. Quod autem et hiis determinatis habet mirabilem questionem rursus repetendum. Quomodo est aliqua simplex generatio sive ex potentia ente sive aliter aliquo. Querit enim aliquis an est substantie generatio et hu-

quanti et quale et ubi. Rodem vero modo et de corruptione quereretur. Si enim quod generabitur manifestum quod erit sed aliquam potentie actu autem non ex aliqua generatio erit et in manifestum necesse destructionem quod corrumpitur. Utrum igitur existit quid hec aliorum actu? Dico autem puta aut erit quantum aut quale aut ubi potentie ens hec et ens simpliciter autem non hec neque ens. Si enim nec si omnia potentie et separatum contingit quod sit non ens et amplius quod maxime timentes erant primi philosophantes ex nullo generari primo existente. Si autem hoc quidem esse aliquid non existit aliorum autem predictorum erunt quemadmodum diximus separate passiones a substantiis. De hiis igitur quantum contingit tractandum et que causa ut semper sit et que simpliciter et que secundum partem.

Existente autem causa una quidem unde principium motus dicimus esse una autem materia tale causam esse dicendum. De illa quidem enim dictum est prius in de motu sermonibus. Quoniam hec quidem est immobile per omne tempus hec autem mota semper. Horum autem de immobili et primo quidem principio alterius philosophie est opus. De eo autem quod continue alia movet alia movente post hec dicendum quod tale singularium dicitur esse causa. Nunc autem ut in materie specie posita causa dicimus propter quam generatio et corruptio non deficiunt unquam circa enim forsitan fiat et hoc manifestum et de hec nunc quesito quomodo oportet aut dicere et quomodo de simplici generatione et corruptione.

Utrum autem rationem sufficientem et quid causa est quod compluri erit generatio si quod corrumpitur abit in non ens recedit. Non ens autem nec est neque enim illud quod neque quale neque quantum neque ubi quod non ens. Si igitur semper quod ens recedit quare non consumptum est olim et mane omne si finitum erat ex quo sit generatorum unumquodque. Non enim utique propter infinitum esse ex quo generatur non deficit. Hoc enim impossibile est. Non enim est actu infinitum. Potentie autem est ut in divisione. Quare propter hanc esse solum eam non deficientem quam generatur quidem quasi nunquam. Nunc autem intendimus hoc. Quo causa propter hoc corruptionem alterius generationem esse et hoc generationem alterius corruptionem interminam esse necesse est transmutationem. De generatione quidem que igitur et corruptione similiter propter causam unicuique evenire hanc existimandum est sufficientem causam omnibus.

Propter quid autem hoc quidem simpliciter dicuntur generari et corrumpi hec autem non simpliciter rursus scrutandum. Si idem est generatio quidem huius corruptio autem huius. Et corruptio autem huius generatio autem huius. Querit enim aliquis rationem. Dicimus enim quod nunc corrumpitur simpliciter et non solum hoc. Hoc autem est generatio simpliciter hoc autem est corruptio hoc autem generatur.

quod simpliciter dicimus. enim discentem fieri scientem fieri generari, simpliciter autem non. Quemadmodum enim determinamus multotiens dicentes quoniam hec quidem hoc aliquid significant, hec autem non, propter hoc contingit quod queritur. Differt enim in quod transmutatur transmutans. puta forte que in ignem via generatio quidem simplex, corruptio autem alicuius est, puta terre. Que autem terre generatio aliqua generatio, generatio autem non simplex. Corruptio autem simpliciter, puta ignis, quemadmodum Parmenides dicit duo ipsum ens et non ens esse inquiens ignem et terram. Hec autem aut talia alia supponere differt nichil. Modum enim querimus, sed non subiectum. In non ens simpliciter est corruptio simpliciter. Quamvis igitur determinatum est sive igni et terre sive aliquibus aliis erit. Hec quidem ens, hec autem non ens. Uno quidem igitur modo differt in hec simpliciter generari et corrumpi et non simpliciter. Alio autem modo qualiscumque sit materia. Cuius enim magis differentie hoc aliquid magis substantia, cuius autem privatio non ens, puta quia calidum predicamentum aliquod et species, et frigiditas autem privatio. Differunt enim terra et ignis his differentiis. Videtur autem magis multis sensibile et non sensibile differre. Que quidem enim in sensibile transmutantur, generari inquiunt, que autem in manifestum

corrumpi. Ens enim et non ens sentire et non sentire determinant. Quemadmodum quod scibile ens, ignotum autem non ens. Sensus enim scientie habet virtutem. Quemadmodum igitur ipsi sentire vel posse vivere et esse existimant, ita et res modo quodam prosequentes veritatem. Hoc autem dicentes non verum contingit. Nam secundum opinionem et secundum veritatem alterum et generari et simpliciter corrumpi. Spiritus enim et aer secundum quidem enim sensum minus sunt. Ideo et que corrumpuntur simpliciter in hec transmutatione hec corrumpi dicunt, generari autem quando in tangibile ut in terram transmutantur. Secundum veritatem autem magis hec aliquid et species hec quam terra. Esse quidem igitur hanc quidem simplicem generationem alicuius esse corruptionem entem, corruptionem autem simplicem generationem alicuius esse, dictum est causa propter quam. Contingit enim differre aut quod substantia est aut non, aut quod hec magis huius non aut quia hec quidem magis magis sensibilis est materia, et alia et materia non minus est.

Dicuntur autem hec quidem simpliciter generari, hec autem aliquid solum non ex invicem generatione, sed secundum quem dicimus nunc modum. Nunc quidem enim tantum determinatum est quare omni generatione ente corruptione alicuius et omni corruptione ente alicuius alicuius generatione non similiter attribuimus generari et corrumpi in adinvicem

transmutantibus. Quod autem prius di-
cebatur non habet questionem, scilicet quare discens quidem
non dicitur simpliciter generari sed quidem ge-
nerari sciens disciplinatum, planta
autem generari. Hec autem determinata sunt in
predicamentis. Hec quidem enim hoc aliquid signi-
ficant, hec autem quale, hec autem quantum. Que ergo
igitur non substantiam significant non dicuntur simpliciter
generari sed aliquid fieri. Sed tamen in omni-
bus simpliciter quidem secundum que in alia coor-
dinatione dicitur, puta in substantia quidem si ignis
sed non si terra. In qualitate autem si sciens dis-
ciplinatum, sed non quando nesciens indis-
ciplinatum. De generari igitur qui-
dem simpliciter, hoc autem secundum quid et universa-
liter dictum est in substantiis ipsis. Et quare generationis
esse causa continue ea ut in subiecto quam transmu-
tativum in contraria, et est alterius ge-
neratio semper in substantiis alterius corruptio,
et alterius corruptio alterius generatio. Sed
neque querere oportet quare generatur aliquid cor-
ruptis aliis. Quemadmodum enim
et corrumpitur hoc simpliciter in quantum
quando ad insensibile venit et non ens
similiter et generari ex non ente in quan-
tum quando insensibili. Sive ergo aliquo
ente subiecto sive non generatur ex non en-
te. Quare similiter et generatur et cor-
rumpitur in non ens. Merito igitur non
deficit generatio enim entis corrup-
tio est non entis. Corruptio autem en-
tis generatio non entis. Sed hec non est
simpliciter querere aliquis utrum a-
liquid hoc non ens. Puta terra et grave
non ens, ignis autem et leve ens.

aut non. Sed est et terra ens non ens aut-
em terre et ignis similiter. Et in alia
utrisque materia aut non generantur ex invicem
et contrariis. Hiis enim exist-
unt contraria et terre aque et aeri. At
est quidem qualiter eadem, est autem
qualiter alia. Quod quidem enim quando
ens subiectum idem esse aut non idem.
De hiis quidem igitur in tantum dictum est.

De generatione autem et alteratione
dicamus quod differunt. Dicimus
enim alterius esse transmutationes has
ad invicem. Quoniam igitur est aliquid
subiectum, et aliud est passio quod de subiecto in-
nata dici, et est transmutatio utriusque
horum. Alteratio quidem est quando mane-
te subiecto sensibili ente transmutatur
in eius passionibus aut contrariis aut
mediis, puta corpus sanum est et
rursus laborat manens illud, et
metallum rotundum quandoque autem
angulare idem ens. Quando autem
totum transmutatur non manente
aliquo sensibili ut subiecto eodem, sed quasi
ex semine toto sanguis aut ex aqua
aer aut ex aere tota aqua, generatio iam
hoc tale, huius autem corruptio, maxime autem
generatio si transmutetur ex insensibili in
insensibile aut tactu aut omnibus
sensibus, puta quando aqua generatur aut cor-
rumpitur in aerem. Aer enim valde
insensibile. In hiis autem si aliqua ma-
net passio eadem contrarietatis in genito
generato et corrupto, puta cum ex aere
aqua si ambo dyaphana aut frigida ...

quorum alterum passionem esse in quo transmutatur. Si autem non erit alteratio, ubi generatur musicus homo corruptus est. Homo autem in musice generatus est. homo autem manet. Ac manet idem. dicimus quod huius non passio esset secundum se musica et immusica hominis; quam generatio esset. hominis autem corruptio. Ideo hominis quidem hec est passio. hominis autem musici et hominis immusici generatio quidem et corruptio. Nunc autem passio huius manentis. Ideo alteratio secundum talia. Quando quidem igitur secundum quantum est transmutatio contrarietatis augmentatio et diminutio. Quando autem secundum locum latio. Quando autem secundum passionem et quale alteratio. Quando autem nichil manet cuius alterum passio et accidens. omnino generatio hec autem corruptio. Est autem yle maxime quidem proprie subiectum generationis et corruptionis susceptibile. modo autem aliquo et quod aliis transmutationibus, quoniam omnia susceptibilia sunt contrarietatum aliquarum. De generatione quidem igitur sive est sive non est et quomodo est, et quomodo de alteratione determinatum sit modo.

De augmentatione autem restat dicere quid differt a generatione et alteratione. et quomodo augmentatur unumquodque quod augmentatur, et diminuitur quodcumque diminuitur. Speculandum igitur primum utrum solum circa eorum ad invicem differentia differunt, ubi generatio. Quoniam ex hoc quidem in hoc transmutatio ut actu. Ex potentia substantia in actu. Secundum generatio est. Que autem circa magnitudinem augmentatio et diminutio. Que autem circa passionem alteratio. Utrorumque autem ex potentia existentium in actum transmutatio dictorum est. Aut et modus differt transmutationis. Videtur enim quod alteratur non ex necessitate transmutatur secundum locum. neque quod generatur. Quod autem augmentatur aut diminuitur alio autem modo ab eo quod fertur. Quod quidem enim fertur totum mutat locum. quod autem augmentatur quemadmodum quod deducitur. hoc enim manente particule transmutantur secundum locum non quemadmodum que spere. hee enim in equali loco transmutantur toto manente. Que autem augmentantur eius quod augetur semper in ampliorem locum, in minorem autem eius quod diminuitur. Quoniam igitur transmutatio differt non solum in eo circa quod sed et sicut eius quod generatur et alteratur et augmentatur manifestum. Circa quod autem est transmutatio augmentationis et diminutionis. circa magnitudinem autem videtur esse augeri et diminui et quomodo oportet suscipere utrum ex in potentia quidem magnitudine et corpore actu autem incorporeo et sine magnitudine generari corpus et magnitudinem. Et hoc dupliciter contingente dicere aliter augmentationem fieri. Utrum ex separata ipsa secundum se materia aut existente in alio corpore. Aut impossibile utroque modo. Separata enim ens aut nullum possidebit locum velut punctus

aliquis aut vacuum erit corp(us)
insensibile. hor(um) h(oc) q(uidem) qu(o)d n(on) con-
tingit, h(oc) aut(em) nec(ess)e in aliquo esse. semp(er) enim
alicubi erit q(uo)d g(e)n(er)atur ex eo. quia
p(ro)p(ter) et illud aut s(ecundu)m se aut s(ecundu)m accidens
s(ed) si in aliquo existit aliquo modo separa-
tum ut nullius s(ecundu)m se aut s(ecundu)m accidens
alicuius sit, contingunt multa et i(m)-
possibilia. Dico aut(em) ubi g(e)n(er)atur, si g(e)n(er)a-
bitur aer ex aqua, n(on) aqua erit mu-
tata s(ed) sp(eci)es quod ut in vase
aq(ue) inest in eius. Infinitas enim
nil p(ro)hibet m(u)l(ta) esse a(ctu) p(ro)p(ter) et g(e)n(er)ari ac-
tu. Amplius neq(ue) sic interdum ge-
nerari aer ex aqua ut exiens a
manente. Melius g(ener)aliter o(mn)ibus
inseparabilem facere esse materiam ut e(ss)e-
tem eandem et una(m) n(umer)o. Ratione
aut(em) n(on) unam. Sed neq(ue) p(un)ctos pone(n)-
dum neq(ue) lineas corp(or)is m(ateri)am p(ro)p(ter) eadem
causa(m). Illud aut(em) cuius h(ec) ultima m(ateri)a erit
n(on) q(ua)m sine passione possibile e(st)
esse neq(ue) sine forma. G(e)n(er)atur aut(em) q(ui)d(em) g(e)n(er)atur
simplic(ite)r alt(eru)m ex alt(er)o q(ue)madmod(um) et in
aliis determinatum est. Et ab eo
q(uod) actu ente aut homogeneo aut
omoydeos. Ubi g(e)n(er)atur ignis ab igne
aut homo ab homine, aut ab ac-
tu. Durum enim a duro ge-
nerat(ur). Q(uonia)m aut(em) est et sine corpore
m(ateri)a corporis tal(is). Corpus enim dete(r)-
minatu(m). s(ed) eadem et passionis et
p(ro)p(ter) magnitudinis est. Sed ratione
q(ui)d(em) separabili loco aut(em) n(on) separata n(isi)
et passiones separabiles. Materia(m) aut(em)

ex q(ue)stione q(uonia)m n(on) est augmentatio
transmutatio ex p(otenti)a magnitudine
actu aut(em) nullam h(abe)nte magnitu-
dine(m). Separatum enim esset q(uo)d com-
mune. hoc aut(em) q(uonia)m impossibile dictum e(st)
in aliis prius. Amplius aut(em)
tal(is) transmutatio n(on) augmentationis
p(ro)pria s(ed) g(e)n(er)ationis. Augmentatio enim
est existentis magnitudinis ad-
ditamentum. Diminutio aut(em) et mior-
atum. P(ro)p(ter) q(uo)d o(porte)t h(abe)re aliq(ua)m magni-
tudinem q(uo)d augetur. Quapropter
ex non sine magnitudine m(ateri)a o(porte)t
esse augmentationem et in actum ma-
gnitudinis. G(e)n(er)atio aut(em) magis cor-
poris n(on) augmentatio. Suscipi-
endum itaque magis q(uasi) tangentes
tangentes q(uesti)onem a principio q(ua)l(ite)r
aliquo cuius entis augmentari et
diminui causas q(ue)rimus. Videtur
itaque eius q(uo)d augetur q(uod)cumq(ue) p(ar)s
aucta esse. Similiter aut(em) et diminute
minorem esse g(e)n(er)atam. Am-
plius et adveniente aliquo au-
gmentari et recedente diminui.
Nec(essari)o aut augmentari aut incor-
poreo aut corporeo. Si q(ui)d(em) g(e)n(er)atur in cor-
poreo erit separatum q(uo)d commune.
impossibile aut(em) a magnitudine m(ateri)am esse
separabilem. q(ue)madmod(um) dictum est prius.
Si aut(em) corpore duo in eodem loco co(n)-
erunt. et q(uo)d augetur et quo augetur
et a(liud). et hec impossibile. Sed neq(ue)
sic contingit dicere fieri g(e)n(er)at(ionem) augmen-
tationem et diminutionem. ut cum ex aqua

aer. Tunc enim maior tumor ge-
neratus est. Non enim augmentatio
hec, sed generatio quidem in quod transmu-
tatum est. Corruptio autem utriusque au-
gmentationis autem neutrius, sed aut nullius
aut si alicuius communis amborum ex
istis, eius quod generatur et eius quod
corrumpitur, ut generationis corpus.
Autem aqua non aucta est neque aer, sed hoc quidem
recepit, hec autem generatum est.
Corpus autem est si aliquid auctum est.
Sed et hoc impossibile. Oportet enim
salvare rationem existentiam eius quod auge-
tur et diminuitur. Sed autem tria sunt:
quorum unum est quamcumque partem
maiorem esse eius que augetur ma-
gnitudinis, ut si caro carnis,
et advenientie aliquo, et secundum
ut salvetur quod augetur et man-
eat. Cum generatur enim aliquid
simpliciter aut corrumpitur non ma-
net. Cum autem alteratur aut augetur
et minuitur manet idem quod auge-
tur aut alteratur. Sed tamen quidem pas-
sio hic, aut magnitudo eadem non
manet. Si igitur erit predicta au-
gmentatio, contingeret nullo ad-
veniente augeri et nullo rece-
dente diminui, et non manere quod
augetur. Sed oportet hec salvare. Subiec-
ta enim est augmentatio talis.
Queret autem aliquis et quid est
quod augetur, utrum cui apponitur
aliquid, ut si crus quidem au-
getur, hoc est maius, quo autem augetur
cibus. Quare igitur non ambo auc-
ta sunt? Maius autem enim quod appon-
itur et cui, quemadmodum et quando misce-
ceris vinum aque, similiter enim plus u-
trumque. Aut quia huius quidem manet
substantia, huius autem non, ut cibi, et hoc
dominans dicitur in mixtione, ut quod
etiam vinum est unum opus: sicut non
aliquod mixtura mixti. Similiter et
in alteratione. Quia si manet caro
eius et quod aliquid est passio qui-
dem aliqua existit eorum que sunt per se ac-
cidentium que prius non existebat,
alteratum est hoc. Quo autem alte-
ratum est quandoque quidem nichil passum est,
neque alteratum est, sicut quandoque autem et illud.
Sed alterans est principium motus
in eo quod augmentatur et alteratur.
In hiis enim movens. Quoniam et
ingrediens generaret utique magis
et accipiens id corpus, ut si generatur
ingrediens fiat utique spiritus. Sed cor-
rumpitur est hoc patiens et mo-
vens non in hoc. Quoniam autem que-
situm est et de hiis sufficienter,
oportet quidem temptare solutionem in-
veniendo salvantes manere id quod
augetur et adveniente aliquo
augeri, recedente autem diminui.
Adhuc autem quodcumque signum
sensatum aut maius aut mi-
nus generatum est. Et non vacu-
um esse corpus neque duas magni-
tudines in eodem neque incorporeo
augeri. Suscipiendum determinantes

partis immutatione cum incrementum
augetur cum decrementum. auge-
tur compositum ex hiis immutatis.
Determinato quod caro et os et unumquodque talium
partium est duplex quemadmodum et in aliis
speciem habentium. Etenim materia dicitur
et species caro aut os. Quamcumque
igitur partem augmentari et advenien-
te alio secundum quidem speciem est contingens
secundum materiam vero non est. Oportet au-
tem intelligere quemadmodum si quis me-
tiebatur eadem mensura aquam. semper
enim aliud et aliud est quod generatur.
Sic utique augmentatur materia carnis. Sed
non cuicumque partium adveniens. sed hoc qui-
dem defluit hoc autem advenit. figure
autem et speciei cuicumque particule. In ano-
miomeris autem hoc magis manifestum
ubi generatur. manum cum proportionaliter
auctam et materia existente alia existere
magis speciem quam in carne in omi-
omeris. Ideo et mortui magis vi-
detur esse caro et os quam manus et
brachium. Quare propter est quidem
sic quecumque carnis auctum est
sic est ut et non. Secundum speciem enim
cuicumque advenit. secundum materiam
non. Maius autem totum generatur adve-
niente quodam alio quod vocatur cibus
et transmutante aut in eandem
speciem ubi generatur. Si siccum advenie-
at humidum. Cum autem advenit
transmutatum generatur siccum. Est
quidem sic simile simili augmentatum
est quidem dissimile augmentatur.

tur. est autem dissimili. Queret
autem aliquis aliquale oportet esse quo augetur. Manife-
stum igitur quod potentia est illud ubi generatur. Puta si ca-
ro potentia carnem. actu autem aliud
corrupto utique hoc caro autem generata
tum est. Non igitur ipsum secundum se generatio
autem esset non augmentatio. sed quod au-
getur hinc. Quid igitur ab hoc est
passum? permixtum putabit auctum aut mi-
xtum. Quemadmodum siquis vino infu-
ndit aquam. hoc autem posset vinum fa-
cere quod mixtum est. Quemadmodum igitur
ignis faciet tangens incensibile in-
cendens quod augetur. et ente actu
caro quod inest augmentatum adve-
niente potentia carne faciet actu car-
nem et simul ente. si enim de-
orsum generatio. Est quod in ignem
facere ad existentem adiungentem
ligna. Sed sic quidem est augmentatio
autem ipsa ligna incenduntur generatio est.
Quantum autem universale quidem non ge-
neratur quemadmodum nec animal quod neque
homo nec aliquid singularium.
sed ut hic universale illic quantum. Caro autem
aut os aut manus et horum
omiomeria adveniente quodam a-
liquo quanto. sed non carne quanta.
Secundum quidem igitur quod potentia utrumque
ubi generatur. Quanta caro sic au-
getur quidem et enim quantam oportet
generari. et carnem. Secundum quod autem quod
solum caro nutrit. et enim sic dif-
ferunt cibus et augmentatio ratione.
Propter quod nutritur quidem animal quousque solu-
at

et quis diminuitur. Augmentatur
autem non semper et mixtum augmentata
tioni eodem modo quidem est esse aut ad
formam quidem enim quod advenit potentia quan-
ta caro, augmentativum quidem car-
nis. Secundum autem quod solum potentia caro nutri-
mentum. Hec enim species sine materia ut in fistula
potentia aliqua in materia est. Si autem alia
advenit similiter et aliud quantum
organorum. Si autem advenit materia
ens potentia in talibus huius et quantum
potentia, hec erunt maiores in fistules.
Si autem amplius facere non potest, sed ut aqua
vino semper amplius mixta in fine
est et facit et aquam tunc diminu-
tionem faciet quantum, species autem manet.

Quoniam autem primum oportet
dicere de materia et de vocatis ele-
mentis dicere sive sint sive non et
utrum sempiternum unumquodque aut
generatur aliquo modo, et si generatur utrum
ex invicem generentur omnia eodem
modo aut aliquod primum eorum.
Necesse utique prius dicere de
quibus indeterminate dicitur nunc.
Omnes enim et elementa generantes et que
ex elementis segregatione utuntur et
congregatione et facere et pati. Est
autem congregatio mixtio, quomodo autem
misceri autem dicimus non determinatum
est manifeste. At vero neque alterari
possibile neque segregari et congre-
gari nullo faciente neque patiente. Etenim
plura elementa facientes in patiendo
et faciendo adinvicem et huius

huius quod ex uno necesse quidem unus ex uno
necesse est dicere actionem et hec recte
dicit Dyogenes, quia si non essent
ex uno omnia non esset pati et fa-
cere adinvicem, ubi gratia calidum in-
frigidari et hoc calefieri iterum.
Non enim transmutantur caliditas
et frigiditas in invicem, sed manifestum quod
materiam subiectam. Quare in quibus fa-
cere et pati necesse est horum unam
subiectam esse naturam. Omnia quidem ta-
lia esse dicere non verum, sed in quibus que
adinvicem sunt. Est sed si de facere et
pati et de mixtura videndum necesse
et de tactu. Neque enim facere hec et
pati possunt proprie que non possibile ad-
invicem tangere, neque non tangentia
adinvicem qualiter contingit primum
misceri. Quare de tribus hiis
determinandum est quid tactus et
quid mixtura et quid actio.

Principio autem accipiamus
hoc. Necesse enim quibus est mixtio esse
hec adinvicem tangentia, et si aliquod
agit hoc autem patitur proprie et huius
similiter. Unde dicendum primum de tactu.
Fere quidem igitur ut et aliorum nominum
unumquodque dicitur multipliciter
et hec quidem homonime, hec
autem alia ab aliis et prioribus, sic habet
et de tactu. Sed tamen proprie dictum
existit in habentibus positionem. Positio
autem quibus et locus; et enim mathe-
maticis similiter dandum est tactum
et locum sive est separatum unumquodque

aquaticum

manet

nec patiente

generant

corum sine alio modo. Quare quod de-
terminatum est prius tangere, scilicet utraque
tangentia ad invicem quecumque divi-
sas magnitudines et positionem haben-
tes simul habent ultima. Quoniam autem
et positio quibuscumque inest et
levitas et gravitas, loci autem differentia sursum et
deorsum primum et talia oppositorum,
omnia ad se invicem tangentia
gravitatem utique habent aut levitatem,
aut ambo aut alterum; talia autem passi-
bilia et activa. Quare manifestum
quod tangere innata sunt ad in-
vicem quorum divisis magnitudi-
nibus simul ultima sunt existentibus
motivis et mobilibus ad invicem.
Quoniam autem movens non similiter
movet ad motum, sed hoc quidem necesse
motum et ipsum movere, hoc autem
immobile ens, manifestum quoniam in agen-
te dicemus similiter; et enim movens
aliquid agere inquiunt et agens
movere. Et tamen differunt et oportet de-
terminare. Non enim possibile est mo-
vens omne agere, si faciens opponimus
patienti. Hoc autem quibus motus pas-
sio. Passio autem secundum quod alteratur solum,
ut puta calidum et album.
Sed movere amplius agere est.
Illud quidem manifestum quoniam est quidem aut
motiva quidem mobilia tangunt,
est autem ut non. Sed determinatio
tangere universaliter quidem
quod positionem habentium, et hoc quidem mo-
tivum, hoc autem mobile

ad invicem aut motivo et mobi-
li. In quibus existit facere et
pati. Est quidem igitur ut et multum tac-
tum quod tangit tangens; et enim
movent mota fere omnia que in nostro spa-
tio, quibus necesse est et videtur tactum
tangere quod contingit. Est autem ut ali- fere
quando movens tangere solum quod mo- infimi
vetur, quod tangit autem non tangere quod tangit.
Sed quia movent mota que homoge-
nea, necesse videtur esse quod tangit tan-
gere. Quare si quis movet immobi-
le ens, illud quidem tanget quod movetur, id
autem non. Inquimus enim aliquando existentem
tangere nos, sed non nos non enim. De
tactu quidem igitur eo quod in naturalibus determina-
tum sit hoc modo.

De facere et pati dicendum de-
inceps. Suscepimus autem a priori-
bus contrarios sermones ad invicem. Mul-
ti quidem enim dicunt hoc concorditer, quod
simile quidem a simili omne im-
passibile est propter non magis activum
quam passivum esse alterum ab altero. Omnia
enim similiter existunt
in similibus. Dissimilia autem et di-
fferentia et facere et pati ad invi-
cem sunt innata. Et enim quando
minor ignis corrumpitur a pluri,
propter contrarietatem hoc inquiunt et pa-
ti; contrarium enim esse multum paucis.
Democritus autem ultra alios dixit
solus singulariter; inquit enim idem
et simile esse faciens et patiens.
Non enim contingit altera differentia

pati ad invicem. Si autem altera existentia faci-
unt aliquid invicem, non secundum quod
altera, sed secundum quod idem aliquid exis-
tit, sic hec accidere eius quod dicitur. Quod hii
sunt videntur, quia hec modo differentes
sunt, non contrarios dicere movens. Causa
autem contrarium cum optimum totum
aliquid magis: preter aliquam di-
cunt ambos. Simile enim et omni-
faciam et omnino indifferens: volunt
non pati a simili nichil. Quando enim
magis alterum erit activum quam al-
terum, sed a simili pati aliquid pos-
sibile, et ipsum a se ipso. Similibus hiis
entibus ita nichil utique erit incor-
ruptibile neque immobile, si simile
secundum quod simile activum. Ipsum enim
se ipso movebit omne. Et omnino
faciam alterum et nullatenus idem
similiter. Nichil enim patietur albedo a
linea aut linea ab albedine, preter
forte quam secundum accidens, puta si aliquid
album sive nigrum esse lineam. Non
extremitatem enim se ipsa a natura faciunt
quecumque neque contraria neque ex contrariis
sunt. Sed quoniam quecumque nata
sunt pati et facere, sed quecumque aut
contraria sunt aut contrarietatem habent,
necesse est patiens et faciens ge-
nere quidem simile esse et idem, specie
autem dissimile et contrarium. Innatum
est enim corpus quidem a corpore, sapor
autem a sapore, colorem autem a colore
pati, universaliter autem homogeneum ab ho-
mogeneo. Huius autem causa quoniam contraria

in eodem genere omnia, faciunt autem
et patiuntur contraria ab invicem. Quare
necesse est qualiter quidem esse eadem et facien-
tem et patiens. Qualiter autem altera et dis-
similia ab invicem. Quoniam autem faciens
et patiens genere quidem eadem et similia,
ab invicem specie autem dissimilia. Talia
autem contraria: manifestum quoniam activa et passi-
va sibi invicem sunt et contraria et
media. Et universaliter enim generatio
et corruptio in hiis. Ideo et rationale
iam ignem calefacere. Et frigidum
infrigidare, et universaliter faciens assimilare
ipsi sibi patiens. Faciens enim et
patiens contraria sunt et generatio in contrarium.
Quare necesse est patiens in facien-
tem transmutari. Sic enim in contra-
rium generatio erit. Et secundum rationem erit autem
non eadem dicentes ambos tamen at-
tingere naturam. Dicimus enim quandoque
subiectum quando vel gratia sanari hominem
et calefieri et infrigidari et alia
eodem modo. Quandoque autem calefieri quidem
frigidum, sanari autem laborantem.
Ambo autem sunt vera eodem modo et de
faciente. Quandoque enim calefacere ho-
minem dicimus, quandoque autem calidum. Est
quidem enim ut materia patitur, est autem ut
contrarium. Ad hoc quidem igitur respicien-
tes idem oportere hec existimaverunt
facere et pati, ad alterum autem contrarium.
Eodem modo suscipiendum esse
de facere et pati quo et de moveri
et de movere. Dupliciter enim dici-
tur et movens. In quo enim est

inspice

[illegible marginal note]

principium motus inesse videtur moue-
principium enim prima causarum et iterum
ultimum ad id quod est secundum generationem. similiter autem
et de faciente. Et enim medicum
sanatiue dicimus et vinum. Primum
quidem mouens nichil prohibet in motu
immobile esse in quibusdam autem
et necesse. ultimum autem semper mouere mo-
tum. In actione autem primum quidem im-
passibile ultimum autem et ipsum patiens.
Quecumque enim non habent eandem materiam
faciunt impassibilia entia. ut quidem
medicativa enim ipsa faciens sanita-
tem nichil patitur a sanato. Cibus
autem faciens ipse patitur etiam. aut enim
calefit. aut infrigidatur aut aliud
aliquid patitur simul faciens. Est autem
medicativa quidem ut principium. ultimum
autem cibus est et tangens. Que-
cumque quidem igitur non in materia habent formam
hec quidem impassibilia activorum quecumque autem
in materia passiva. Materiam enim quidem
omnes dicimus similiter eandem ut tal-
dictam esse oppositorum utrorumlibet et ut
genus ens. potens autem calidum esse presen-
te calefaciente et approximante
necesse est calefieri. Ideo quemadmodum dic-
tum est. hec quidem activorum impas-
sibilia. hec autem passibilia. et quemadmodum
in motione eodem modo habet et in ac-
tione. Illic enim primum mouens
immobile et in affectivis primum
faciens impassibile. Est autem
factiva causa ut unde principium mo-
tus. cuius autem gratia non factiva. Ideo

[illegible marginal note]

sanitas non factiva est nisi secundum me-
taphoram. Et enim faciente
quidem cum existit generatur aliquid pa-
tiens. habitibus autem presentibus non adhuc
generatur aliquid. sed est iam. Species
autem et fines habitus quidam. materia autem secundum quod
materia passivum. Ignis quidem igitur habet in
materia calidum. si autem aliquid separatum
calidum erit. hoc nichil patietur. hoc
quidem igitur forsitan impossibile separatum
esse. Si autem sunt quedam talia in illis
utique erit quod dicitur verum. Quid quidem
igitur est facere et pati et quibus existit
et quare et quo modo determinatum sit.
Quomodo autem contingit hoc mo-
do hec accidere iterum di-
camus. Quibusdam quidem igitur videtur pati v-
numquodque per quosdam poros ingredi-
ente faciente ultimo et principa-
li. Et hoc modo videre et audire
nos inquiunt et secundum alios sensus
sentire omnes. amplius autem videri per aerem
et aquam et perspicua quia poros
habent invisibiles quidem propter parvitatem
spissos autem et secundum ordinem. et magis
habent perspicua magis. Hii quidem igitur in
quibusdam determinaverunt. sicut et
et Empedocles. Non solum in facien-
tibus et patientibus. sed et misceri ai-
unt quorum pori commensurati
sunt. via autem compendiose autem maxi-
me et de omnibus uno sermone de-
terminaverunt Leucippus et Democritus principium
facientes secundum naturam quod est. Quorun-
dam enim antiquorum opinati sunt ex

[illegible marginal note]

necessitate ens unum esse et inmobile
vacuum enim quidem non ens. moveri
autem non posse non ente vacuo
separato. neque rursus multa esse non esse
segregante. hoc enim nichil differre
ut siquis existimet non continuum esse
omne. Set tangere divisum fore
multa. et non unum esse et vacuum
si enim utique divisibile nichil esset
unum. Quare neque multa. sed vacuum
omne si autem tunc divisibile quod
tum. quod non fictitium aliquid hoc utique
videbitur. sed quantum enim et quare hoc
aliquid ita habere esse totum et plenum
est hoc quod divisum. Quidam autem
sic fore necessarium non esse motum dicunt. ex
hiis utique sermonibus transcendentes
sensum et despicientes eum tamquam
sit consequens ratione sequi unum et inmo
bile omne esse dicunt et infinitum
quidam. finem enim finire utique ad
vacuum. hii quidem igitur ita et propter causas
has enunciaverunt de veritate. Amplius
plus quam in sermone quidem videtur hoc
contingere. In rebus quod dementie
est simile opinari. ita nullum
enim dementium egredi in tantum ut ignem
unum existimet et glaciem. sed
solum bona et apparentia propter assu
etudinem. hec quibusdam propter demen
ciam nichil videtur differre. Leuchi
pus quod existimavit habere sermones
qui ad sensum confessa dicentes
non destruent. neque generationem neque corruptio
nem. neque motum multitudinem en
tium. Confitentes quod ea que
apparentibus constituentibus autem unum ut
non ente motum sine non vacuo fieri
esse vacuum hoc non ens et entis nichil
non ens inquit esse principaliter ens
et plenum est ens. sed omne quod
tale non unum sed infinita multitu
dine et invisibilia propter parvitatem
molis. hec quod in vacuo ferri. vacuum
enim esse et constancia quidem genera
tionem facere dissoluta quod corruptio
nem. facere quod et pati secundum quod exis
tunt tangencia. secundum enim id
non unum esse. et composita et complica
ta generare et secundum quod in veritate uno
non utique generari multitudinem neque
ex vere multis unum sed esse. hoc im
possibile. Set ut empedocles
et aliorum aliqui inquiunt pa
ti per poros ita et omnem alterationem
et omne pati. hoc modo generari per
vacuum fieri dissolutionem et corrup
tionem. Similiter quod et augmentationem sub
intrantibus solidis. Fere quod et em
pedocles necesse dicere ut leuchippus
inquit esse enim aliqua solida in
poros. sed omne vacuum. Necesse
igitur tangencia quidem esse indivisibilia
media quod eorum. vacua quos ille
dicit poros. ita quod et leuchippus
dicit de facere et pati. modum au
tem igitur secundum quos hec quidem faciunt
hec quod patiuntur fere hii dicunt. Et
de hiis quidem et quomodo dicunt manifestum
est et ad eorum ponentes consequuntur

fere confesse inter se tangere alius et immiscibilia, ut dicitur. Empedocli autem erit generatio et corruptio vel alteratio non est manifestum. Huius enim erunt indivisibilia prima corporum formis differentia solum, ex quibus primis componuntur et in que ultima dissolvuntur. Empedocles autem alia quidem manifestum, quoniam usque ad elementa habet generationem et corruptionem. Ipsorum vero horum quomodo generatur et corrumpitur coacervata magnitudo neque manifestum, neque contingit dicere ei non dicenti et ignis elementum esse, similiter autem et aliorum omnium, ut in Thymaeo scripsit Plato. Intantum differt enim ut non eodem modo Leucippo dicit. Ille quidem enim solida, hic autem planicies dicit indivisibilia, et hic quidem infinitis terminari figuris indivisibilium solidorum unumquodque, hic autem terminatis. Quare indivisibilia utrique dicunt et terminata figuris. Ex hiis itaque generationes et segregationes. Leucippo quidem enim duo modi erunt: et per vacuum et tactum; hic enim indivisibile unumquodque. De planiciebus diximus in prioribus sermonibus. De indivisibilibus autem solidis amplius quidem est dicere accidens relinquatur; nunc autem parum digredientes dicamus necessarium et impassibile unumquodque dicere indivisibilium. Non enim possibile pati nisi per vacuum, et nullius activum passionis. Quamvis nec calidum dicunt nec

+ platoni autem tactu solum, vacuum enim non esse dicit

frigidum oportet esse possibile. Quamvis et inconveniens solum attribuere circulare figure calidum. Necesse enim et contrarium frigidum alii alicui attribuere figurarum. Inconveniens autem et si hec quidem existunt, dico autem caliditas et frigiditas, gravitas autem et durities et levitas et mollities non existunt. Et tamen gravius secundum excellenciam inquit esse Democritus unumquodque indivisibilium. Quare et calidius. Talia autem entia non pati ad invicem impossibile, ut gratia a multum excellente calido leviter calidum. Si autem et durum et molle; molle autem in patiendo dicitur; lacessivum enim molle. Sed et tamen inconveniens si nichil existit nisi solum figura, et si existit unum autem solum, ut gratia hoc quidem frigidum, hoc autem calidum; neque enim una aliqua erit natura eorum. Similiter autem impossibile et si multa uni. Indivisibile enim ens in eodem habebit passiones. Quare et si patietur, si quidem infrigidetur, hoc aliquid et ex aliquo faciet aut patietur.

Eodem autem modo et de passionibus aliis. Hoc enim et solida et planicies dicentibus indivisibilia contingit eodem modo; neque enim rariora neque densiora est possibile fieri, vacuo non ente in indivisibilibus. Amplius autem inconveniens et parva quidem indivisibilia esse, magna autem non. Nunc enim rationabiliter magis

magna

natura

sonabitur maiora contingent con-
tinuam puram. hoc autem enim dissolui-
tur facilius poris ubi generaliter convenire
ostenderunt ex multis. Inconveniens
vero et illud. Quare magis ana-
logum erit unum poris. Amplius
et utrum una omnium illorum solitorum
et differt alterum ab altero quemadmodum qui-
dem si haec erunt ignea haec etiam
terrea secundum tumorem. Siquidem una non
est omnium. Amplius diversae aut alterae non
sunt tangentia invicem. Quemadmodum
aqua aquam cum tangit. Nichil enim
differt posterior aqua priori. Si autem
alia a aqua hoc et manifestum quod haec
ponentium principia et causae contin-
gentium magis erunt figurae. Ad-
huc et non differentia in his utique et fa-
cientia et patientia approximantia
adinvicem. Amplius quid quid est
motus. Siquidem enim aliud passivum
et e contrario immutativum aut divisibile
erit secundum aliud quidem movens secundum
aliud quidem motum. Aut secundum idem
contraria existunt et non solum magis
erit si et post una non. Quoniam
quod porum motum movent pas-
siones contingere. Siquidem et ple-
nis poris superfluunt pori. Si enim
patitur aquam tactu tam esse. Et si vero
poros huius contrarium continui ens pa-
tietur eodem modo. Amplius quomodo
contingit inspicere et accidere ut
dicunt. Hoc enim secundum tactus con-
tinue pertingentia in per poros si

plenus magis. Quod enim dif-
fert autem poros habere. Omne enim sic
erit plenum. Haec et si vacua
quidem hoc necesse et corpora in eis habere
idem contingit rursum. Si
et talia secundum magnitudinem sunt suam
ut non suscipiant corpus aliquod
ridiculum putare quod existimare va-
cuum magnum vacuum et esse
in aliquo aut vacuum ad
existimare dicere nisi dicere regio
regionem corporis. Quare manifestum
festum quoniam omni corpori esse locus
tumore secundum esse vacuum. Vo-
lunt et poros facere superfluum. Si quidem
enim nichil facit secundum tactum nec
per poros transiens faciet. Si autem tangentia
et poris non entibus hoc autem patientia
hoc et facientia ad invicem hoc modo
innatorum. Quoniam igitur ita dicere po-
ros ut quidam existimant aut inpossibile
vacuum aut inane est. Manifestum
ex his divisibilibus autem corporibus enti-
bus poros facere ridiculum. Secundum idem
et divisibilia possunt separari.

QUo autem modo existit generare
entibus et facere et pati di-
camus accipientes principium
dictum multotiens. Si enim est hoc
potentia quidem hoc autem actu hoc autem
actu tale innatum est non tantum
passivum et non pati. Si omnino secundum
continue est tale et magis et minus
secundum quod tale magis et est minus
et hoc poros utique aliquis dicet

ut
et magis in eo fit in metallibus
extenditur passiue uene stannue
Continuum quidem immiscibile et immiscibiles
impassibile. Similiter autem et non appi
cuncta in sibi ipsis in aliis que facere
innata sunt et pati. Dico autem
ubi generatum non solum tangentis ca
lefacit ignis innatus et facere et
pati sed et si longe sit aerem quidem
enim ignis aer autem corpus calefacit in
natus et facere et pati. tunc quod
existimare pati. tunc autem non determina
tes quod in principio diximus
sicut eum non ut diuisibiles magnitudines
quia est corpus indiuisibile aut latitudo
non unitum erit impassibile. unum quia neces
sarium illum. si autem hec medietatem
et omne corpus diuisibile male differ
ens diuidi quia tangere aut unitum diuide
esse si enim segregatum possint secundum tac
tus ut aiunt quidam si non diuisum
est diuisum possibile erit diuisum passi
bile erit diuisum esse. Videtur autem
hoc generari modo sensibilis corpus in eo
uenientis. Destruitur enim hic sermo
alterationem. uidemus enim idem cor
pus continuum existens quandoque humidum quandoque
autem coagulatum non diuisione et
compositione hec patiens in conuersione
et ordine secundum magis. sicut autem de
mocritus. neque enim transductum neque
transpositum in transmissum coagu
latum ex humido generatum est neque
autem nunc insunt dura et coagulata
indiuisibilia tunc magnitudinibus. sed simi
liter humidum quandoque autem duri
et coagulatum est. Amplius
autem neque augmentationem possibile est et
diminutionem. Non enim quodcumque
erit factum magis siquidem erit
appositio et non esse transmutatum aut mi
xto alio aut secundum se transmutatum
te. Quoniam igitur est generare et fa
cere et generari et pati adinuicem
et quomodo contingit et quomodo ne
que quidam non contingit aut
determinatum sit hoc modo.

Relinquitur autem intendere de mi
xtione secundum eundem modum
methodi. hoc enim erat tertium pro
positum a principio. Speculandum
autem quid sit mixtio et quid misci
bile et cuiusmodi existit entium et
quomodo amplius autem utrum non est mix
tio aut an hoc mendacium. Im
possibile est aliquod alteri misceri quem
admodum dicunt quidam entibus quidem
adhuc mixtis et non alteratis non ma
gis nunc mixta esse inquiunt
quam prius. sed similiter se habere. altero autem
corrupto non mixta esse sed hoc quidem
esse hoc autem non esse. mixtionem autem similiter
habentium esse eodem autem modo et si am
bobus conuenientibus corruptum alte
rutrum mixtorum. Non enim est esse
mixta nullatenus entia. Hic
quidem uidetur sermo querere quid differt
actu mixtio generatione et corruptio
ne et quid mixtibile generabili et
corruptibili. manifestum enim quod

oportet distincte si est mixtio. Quare his entibus manifestis quesita solventur utique. At vero neque materiam igni misceri esse dicimus neque misceri cum exurit neque ipsum ipsis partibus neque igni, sed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi. Eodem autem modo neque corpori cibum, neque figuram cere misceri figurantem ceram, neque corpus et album, neque totaliter passiones et habitus posse misceri esse rebus: salvata enim videntur. Sed tamen neque album ad disciplinam contingit misceri neque aliud nullum separabilium. Sed hec dicunt non bene, quod omnia quondam simul esse dicunt et mixta esse. Non enim omne omni mixtibile, sed oportet existere separabile mixtorum utrumque; passioni autem et nulla separabilis.

Quoniam autem sunt hec quidem potentia, hec autem actu entium, contingit mixta esse aliqualiter et non esse, actu quidem ente alio generato ex ipsis, potentia autem adhuc utroque que erant antequam miscerentur et non perdita. Hic enim sermo quo dubitavit prius. Videntur enim que miscentur prius ex separatis convenientia et potentia separari rursus. Neque manent igitur actu ut corpus album, neque corrumpuntur neque alterum neque ambo; salvatur enim virtus eorum. Propter hoc quidem dubitatum.

Continua autem huic questionem dicendum, utrum mixtio ad sensum est. Quando ita in parva dividuntur que miscentur et ponuntur adinvicem hoc modo ut non manifestum unumquodque sit sensui, tunc mixta sunt aut non? Sed est quidem ut quamcumque sit quamcumque particulam mixtorum dicere illo modo, ubi gratia ordeum mixtum frumento, quando quodcumque secus cuiuscumque ponetur. Si autem est omne corpus divisibile, si est corpus corpori miscibile omiomeres, quamcumque utique oportebit partem fieri secus quamcumque. Quoniam autem non est in minima dividi, neque compositio idem et mixtio, sed aliud, manifestum quod neque secundum parva salvata oportet que miscentur dicere mixta esse. Compositio enim erit et non crasis neque mixtio, neque habebit eandem rationem toto pars. Dicimus autem oportere si mixtum est aliquid, mixtum omiomeres esse, et quemadmodum aque pars aqua, ita et temperati. Si autem secundum parva compositio erit mixtio, nichil continget horum, sed solum mixta ad sensum, et idem huic quidem mixtum, si non videt acute, linceo autem nulli mixtum videbitur. Neque divisione ut quamcumque secundum quamcumque partem. Impossibile enim ita dividi. Aut igitur non erit mixtio aut dicendum

utrumque

adhuc

[illegible]

hec autem contingit fieri rursus
Sunt autem sicut diximus
entium hec quidem activa hec quidem pas
siva ab hiis. hec quidem igitur convertuntur
quorumcumque eadem materia est et acti
va adinvicem et passiva adin
vicem hec autem faciunt impassibilia
quorum non est eadem materia. horum
quidem igitur non est mixtio. propter quod neque
medicativa facit sanitatem neque sa
nitas mixta corporibus. Activo
rum autem et passivorum quecumque sunt
facile divisibilia. multa quidem pau
cis et magna parvis. Composita
non faciunt mixtionem. sed augmen
tationem dominantis. transmutatur enim
alterum in dominans. puta gutta vini
mille mensuris amplioris aque
non miscetur. solvitur enim species
et transmutatur in omnem aquam. Quan
do autem potentiis aliqualiter adequantur
tunc transmutatur quidem utrumque
in dominans ex sua ipsius natura. non fit
autem alterum. sed medium et commune.
Manifestum igitur quia hec sunt miscibilia
quecumque contrarietatem habent facien
tium. hec enim sunt adinvicem
passiva. Et parva autem parvis se
cus posita miscentur magis. facil
ius enim et citius transmutantur adinvicem.
Multum autem a multo tardius
hoc operatur. Propter quod bene terminabilia di
visibilium et passivorum miscibilia.
Dividuntur enim in parva hec facile.
hoc enim terminabile bene esse

ubi grossa. humida miscibilia max
ime corporum. bene terminabile enim
maxime humidum divisibilium. si non
viscosum sit. Hec enim utique
ampliorem et maiorem solum
tumorem faciunt. Quando autem alterum
solum passivum erit aut vehemen
ter. hoc autem valde parum aut nichil am
plius mixtum ex ambobus aut parum
quod contingit circa stagnum et es.
Quedam enim vacillant ad
invicem et amphotericant sunt.
Videntur enim aliqualiter et mixta esse
et ut alterum quidem suscep
tibile. alterum autem species. quod in ipsis con
tingit. stagnum enim ut pas
sio aliqua existens sine materia eris fere dispa
rens omnino esse colorans solum
hoc autem hoc contingit et in aliis.
Manifestum igitur ex hiis quia est mixtio
et quid est mixtio et quid est et
propter quid est et que miscibilia entium
sunt. quedam passiva entium
adinvicem et bene terminabilia
et bene divisibilia. hec enim non
corrupta esse necesse neque adhuc mixta
neque eadem simpliciter existere
esse quod plus neque compositionem esse mixti
onem eorum neque ad sensum. Sed
est miscibile quidem quodcumque bene de
terminabile ens passivum sit et
activum et tali miscibile ad eum.
omnium enim miscibile mixtio
autem miscibilium alteratorum u
nio.

Explicit liber primus de generatione et corruptione incipit liber secundus

De mixtione quidem igitur et tactu et de facere et pati dictum est quomodo existit transmutantibus secundum naturam. Amplius autem et de generatione et corruptione simpliciter et quomodo et propter quam causam. Similiter autem et de alteratione dictum est quomodo et ~~ex quocumque ele~~ ~~menta corporum~~ alterari et que horum differentia. Reliquum autem considerare circa vocata elementa corporum generationem et corruptionem. Omnibus enim consistentibus secundum naturam sensibilibus corporibus. Horum autem materiam quidem esse dicunt unam ut ponentes aerem aut ignem aut aliquid quod medium horum et corpus ens separabile. Hii autem plura per numerum uno. Hii quidem ignem et terram. Hii autem et hiis et aerem tertium. Hii autem et hiis et aquam quartum ut Empedocles ex quibus congregatis et alteratis contingere generationem et corruptionem in rebus. Quod quidem igitur prima principia et elementa de hiis bene dicere confessum ex quibus transmutatis aut secundum congregationem et segregationem aut secundum aliam transmutationem contingit generationem esse et corruptionem. Sed facientes unam materiam preter hanc et separabilem et corpoream peccant. Impossibile enim sine contrarietate esse corpus hoc sensibile: enim leve aut grave aut calidum aut frigidum necesse esse istud. Nam hec quod dicunt quandam esse principium. Ut autem in Thymeo scriptum est nullam habet determinationem. Non enim dixit manifeste an pantheces si separatur ab elementis. Nec utitur nichil ~~utitur~~ dicens esse subiectum aliquod vocatis elementis ut aurum operibus certe. Et hoc non bene dicitur hoc modo dictum. Sed quorum quidem est alteratio, istorum quidem generatio et corruptio impossibile illud enunciari ex quo generatum est. Sed tamen inquid longe verius esse aurum dicere esse unumquodque esse. Sed elementis entibus solidis usque ad planiciem facit dissolutionem impossibile autem vel nutricem et materiam primam planiciem esse. Nos autem dicimus esse aliquam materiam corporum sensibilium, sed hanc non separabilem. Sed semper cum contrarietate ex qua generantur vocata elementa. Determinatum est autem de hiis in aliis certius. Sed quoniam et hoc modo sunt similiter et ex materia prima corpora determinandum et de hiis. Principium et primum existimantes esse materiam inseparabilem quidem subiectum autem contrariis

[illegible]

nec enim calidum inest frigido neque hec calido, sed secundum ambo utrumque. Quare quod primum per se corpus sensibile principium, haec autem contrarietates. Dico autem ubi genera caliditas et frigiditas. Tertio autem iam ignis aer et talia. hec quidem enim transmutantur ad invicem, et non ut Empedocles et alii dicunt, semper enim esset alteratio. Contrarietates autem non transmutantur. Sed et non minus et ut corporis alia et tanta dicendum principia. Alii quidem enim supponentes utuntur et non dicunt unde quare aut hec aut tanta. Quoniam igitur querimus sensibilis corporis principia, hec autem est tangibile, tangibile autem cuius est sensus tactus, manifestum quod non omnes contrarietates corporis species et principia faciunt, sed solum que secundum tactum; et secundum contrarietatem enim differunt et secundum tangibilem contrarietatem. Ideo neque albedo et nigredo neque dulcedo et amaritudo. Similiter autem neque aliarum sensibilium contrarietatum aliqua facit elementum, quamvis prior visus tactu. Quare et subiecti prius; sed non est corporis tangibilis passio secundum quod tangibile, sed secundum aliud, et si contingit natura prius. Ipsorum autem tangibilium dividendum que prime differentie et contrarietates. Sunt autem contrarietates secundum tactum hee: calidum frigidum, humidum siccum, grave leve, durum molle, viscosum aridum, lene grossum, subtile. Horum autem grave quidem

[illegible]

et leve neque activa neque passiva; non enim in faciendo aliquid aliud neque in patiendo ab alio dicuntur. Oportet autem activa ad invicem et passiva esse elementa; miscentur enim et transmutantur ad invicem. Calidum enim est quod congregat homogenea; segregare enim quod inquiunt facere ignem, congregare est que eiusdem generis. Contingit enim extollere alienigena. Frigidum autem et coniungit et congregat similiter et singenea et non eiusdem generis. Humidum enim indeterminatum proprio termino bene terminabile ens; siccum autem bene terminabile proprio termino, difficulter terminabile autem. Subtile autem et grossum et viscosum et aridum et durum et molle et alie differentie ex hiis. Quoniam enim repletivum est humidum quia non est quidem bene terminabile, autem ens et quia sequitur tangente, subtile autem repletivum; subtilium enim partium et parvarum partium repletivum, totum enim toto tangit; subtile autem maxime tale. Manifestum quod subtile quidem erit humidi, grossum sicci. Iterum viscosum quidem humidi; viscosum quidem humidum passum est velud oleum; aridum autem sicci, aridum enim quod perfecte siccum. Quare et coagulata sunt propter defectionem proprie humiditatis. Amplius molle quidem humidi; molle enim

[illegible]

Calidum et frigidum et humidum et siccum hec dicit quia activa hec, que passiva dicuntur.

[illegible]

terminatum

[illegible]

corporis

siccum

asperum

quod subintret ipsum et non transmutatus quando facit humidum et ro non est humidum molle. Sed molle humidi. Omnium autem siccorum unum enim est quod coagulatum et coagulatum autem siccum. Omnia autem siccum et humidum multipliciter opponitur autem sicco et humidum. et humidum et rursus humido et siccum et coagulatum. Omnia autem hec sunt sicci et humidi priorum dictorum. Quoniam enim humido opponitur siccum et humidum quod est quod non alienam humiditatem superficietenus. Infusum autem quod profundo. Siccum autem quod privatur hac. Manifestum quoniam humidum quidem erit humidi. oppositi autem siccum primum sicci. Rursus autem humidum et coagulatum. Similiter ~~infusum autem quod habet alienam humiditatem in profundo~~ humidum est quod habet propriam humiditatem in profundo. infusum autem quod habet alienam humiditatem in profundo. Coagulatum autem quod privatur hac. Quapropter horum quidem hoc sicci. hoc autem humidi. Manifestum igitur quoniam omnes alie differentie reducuntur ad primas .iiii. hec autem non amplius in minores. Neque enim calidum quod calidum aut quod frigidum in frigidum et siccum in invicem neque quod calido et humido sunt. Quapropter necesse .iiii. esse has. Quoniam autem .iiii. elementa sunt eorum autem .iiii. .vi. coniugationes contraria autem non innata sunt coniungi calidum enim et frigidum esse idem et rursus humidum et siccum impossibile. Manifestum quoniam .iiii. erunt elementorum coniugationes calidum siccum calidum et humidum et rursus frigidum et humidum. frigidum et siccum. Et assecutum est hec secundum rationem simplicibus apparentibus corporibus. Ignis et aeris et aque et terre. Ignis enim calidus et siccus. aer autem calidus et humidus. velut evaporatio enim aer. aqua autem frigida et humida. terra autem frigida et sicca. ut rationabiliter distribuantur differentie primis corporibus et multitudo eorum sit secundum rationem. Omnes enim qui simplicia corpora elementa faciunt. hii quidem unum hii autem duo. hii autem tria. hii autem .iiii. faciunt. Quicumque quidem unum dicunt solum. deinde condensatione et raritate alia generant. his contingit duo facere principia rarum et densum aut calidum et frigidum. hec enim activa. unum autem supponitur quemadmodum materiam. Qui autem duo faciunt ut Parmenides ignem et terram. media mixturam faciunt horum putant aerem et aquam. Similiter autem et qui tria dicunt quemadmodum in Platonis divisionibus. Medium enim mixturam facit. Et fere eadem dicunt et qui .ii. et qui tria

[illegible]

dicit prius quam hiis quorum medium
medio media. Sicut autem unum
solum faciunt quemadmodum autem et mor-
tui dicunt ut empedocles. Con-
gregatum hoc autem et hoc medio. ignem
omnia alia non ~~ponit est ante~~
ponit. Non ignis et aer et unumquod-
que predictorum simplex sed mixtum
simplicia autem talia sunt non tamen
eadem. ut puta quod simile igne-
um non ignis. et quod aeri aereum.
similiter autem et in aliis. Ignis autem
est superabundantia caliditatis. quem-
admodum et glacies frigiditatis. et
congelatio et fervor superabundanti-
e quedam sunt. hec quidem frigidita-
tis. hec autem caliditatis. Si igitur gla-
cies congelatio humidi et frigidi
et ignis erit fervor calidi et sicci.
Propter quod neque ex glacie generatur nichil neque ex
igne. Existentibus autem quatuor sim-
plicibus corporibus duorum utrumque
priorum est utriusque locorum. Ignis qui-
dem et aer eius qui ad ~~aliquid~~ ter-
minum. terra autem et aqua eius quod
ad medium et extrema quidem
sincera. ignis et terra. media autem
mixta magis aqua et aer. et contraria
singula utrisque est contrarium. aque aeri
autem terra. hec enim ex contrariis
passionibus constituta sunt. et
tamen simpliciter quatuor existencia unumquodque
unum quidem est terra autem quidem sicci
magis quam frigidi aqua autem frigidi quam
humidi aer autem humidi magis

[illegible]

[illegible]

aer autem humidi magis quam calidi.
Ignis autem calidi quidem magis quam sicci.
Quoniam autem determinatum — 6.
est prius quod simplicibus
corporibus existentem generationem. simul autem
et propter sensum videntur generata
non enim esset alteratio. secundum tactus
enim passiones alteratio est. di-
cendum quis modus adinvicem
transmutationis est. et utrum esse ex
omni generari possibile aut hec quidem
possibile. hec autem impossibile. Quod quidem au-
tem igitur omnia innata sunt ad
invicem transmutari manifestum. generatio
quidem enim in contraria et ex contra-
riis. Elementa autem omnia habent contrari-
etatem adinvicem quia differentie contrarie
sunt. hiis quidem enim ambe contrarie
ut gratia. igni et aque. hec enim
siccum et calidum. hec autem frigidum
et ~~calidum~~. hiis autem altera solum
ut gratia. aeri et aque. hec enim
calidum et humidum. hec autem frigidum et
humidum. Quare palam universaliter quidem
manifestum quod esse ex omni generari i-
natum. et iam autem unumquodque
non difficile videre quomodo quidem
omnia ex omnibus erunt. Dif-
ferunt autem velocius et tardius et
facilius et difficilius. Que
enim quidem enim habent symbolum
adinvicem velox horum transmu-
tatio. quecumque autem non habent tarda
quia facilius unum quam multa trans-
mutare. ut gratia. ex igne quidem

Marginalia: ignit — aer — ad — magis — hũidũ — nõ — [illegible]

erit aer altero transmutato hoc quidem enim
erit calidum et siccum. hoc autem
calidum et humidum. Quare propter sicca
bitur siccum ab humido aer erit.
rursus autem ex aere aqua si diminuabitur
calidum altero. hoc quidem enim
fiat calidum et humidum. hoc
frigidum et humidum. Quare transmu
tato aqua erit. eodem modo ex
et ex aqua terra. ex terra ignis. ha
bent enim ambo symbola. aqua
quidem humidum et frigidum. terra vero
citer frigidum et siccum. Quare
propter diminuante humido erit et
rursus autem ignis quidem calidum
et siccum. terra autem frigidum et siccum. si cor
rumpatur frigidum ignis erit ex terra.
Quare manifestum quod circulariter
generatio in simplicibus et facillimus hic modus
transmutationis et propter symbo
lum existit hiis que deinceps. ex i
gne autem aquam et aere terram et
rursus ex aqua et terra aerem et igne
m contingit quidem generari difficil
lius autem quia est transmutatio
nem enim si erit ex aqua ignis cor
rumpi et frigidum et humidum
et rursus si ex terra aer corrum
pi et frigidum et siccum. Similiter autem
si ex igne et aere aqua et terra ne
cesse enim ambo transmutare.
hic quidem igitur generatio tardior est. si
autem utriusque alterum corrum
peretur facilis quidem non ad invicem
transmutatio. sed ex igne quidem

ex aqua erit terra et aer ex aere et
terra ignis et aqua. Cum quidem enim
aque frigiditas corrumpetur ignis
autem siccitas aer. relinquitur enim
hic quidem calidum. hic autem humidum.
Cum enim ignis quidem calidum
terre autem relinquitur hic quidem siccum
hic autem frigidum. Similiter autem
et ex aere et terra ignis et aqua.
Cum enim aeris corrumpetur ca
lidum. terre autem siccum. aqua erit. re
linquitur enim hic humidum. hic vero
frigidum. Cum autem aeris humi
dum terre autem frigidum ignis. quia
relinquitur hic quidem calidum. hic autem
siccum. que autem erant ignis con
fessa autem et sensui ignis generatio. ma
xime enim ignis flamma. hec autem est
fumus ardens. fumus autem ex aere et
terra. In hiis autem que consequenter non
contingit corrupto utrorumque al
tero elementorum fieri transmutationem in
unum corporum quia relinquitur in
ambobus aut eadem aut contraria ex
neutris autem contingit generari cor
pus. ut si ignis quidem cor
rumpetur siccum aeris autem humi
dum relinquitur autem in ambobus ca
lidum. si autem ex utrisque calidum relin
quitur contraria siccum et humidum.
Similiter autem et in aliis. in omnibus
enim hiis que consequenter existit hoc quidem
hoc idem. hoc autem contrarium. Qua
re simul manifestum. que ex uno
in unum transeuntia uno corrupto

erit

ad alio

terra

[illegible]

[illegible]

plurium

[illegible]

[illegible]

generantur. Que autem ex duobus in unum pro-
cedunt, aut aliquid generatur omnia ex omni-
bus generantur et aliquo invicem transmuta-
tio generatur dictum est.

Et tamen adhuc sic inspi-
ciemus de eis. Si elementum non
unum corporum est, ut videtur ambo-
rum aqua et aer. Quia talia necesse aut
unum esse, aut duo vel aut plura. Omni-
no utique omnia non possibile est. Ubi
generant aerem omnia aut aquam aut
ignem aut terram. Si transmutatio
est in contraria. Si enim erit
aer sicut quod permanet alteratio est
et non generatio. Similiter autem neque ita vide-
tur ut aqua sit simul et aer et aliud quod-
cumque. Erit igitur aliqua contrarietas et
differentia cuius habebit aliquid alterum particula
ignea. Ubi generatio caliditatem eius
tamen neque ignis autem esse calidum. Alteratio enim
tale et non videtur simul ad utrumque.
Si erit aer ex igne calido mutatum
transmutatio. Existit igitur aeri hec
erit aer frigidum aliquid. Quare
impossibile ignem aerem calidum esse.
Simul enim calidum et frigidum erit idem
aliquid igitur preter ambo idem erunt et
aliqua alia materia communis. Eadem
autem ratio de omnibus. Quoniam non est unum
horum ex quo omnia neque tamen neque
aliud aliquid preter hec velut me-
dium aliquid aeris et aque vel ae-
ris et ignis. Illorum autem grossius hoc
autem subtilius erit enim illud aer
et ignis cum contrarietate. Sed privatio

norum alterum. Quare si non contin-
git illud solum esse unum quam ubi
eruunt quoniam. Infinitum autem comprehendentes
hendentes. Similiter igitur quocumque hor-
um aut aliquid medium igitur si nullum sensi-
bile prius his. Hoc utique erit et tunc
omnia. Necesse igitur autem semper manentia
et intransmutabilia invicem, aut trans-
mutabilia et aut omnia aut hec qui-
dem igitur transmutari invicem necesse
et demonstratum est prius et quoniam
non similiter cito aliud ex alio dictum
est prius. Quoniam vero hec autem tardius
sicut quod contrarietas una est, sim-
quoniam transmutant necesse duo esse
materia enim insensibilis est et inseparabilis.
Quoniam autem plura videntur esse. Due
utique erunt que minime duabus igitur
entibus non possibile est esse. Sed si .iii.
Quemadmodum videtur tot enim coniugatio-
nes. Enim existentibus duas impossibile
est generari. Que contrarie sunt adin-
vicem. Impossibile est perficere aliquid
esse horum aut in extrema aut
media ex hiis materiam. In ex-
tremis quod igitur non erit. Quoniam
generatis erunt aut terra omnia et ex
terra. Sed diximus ex igne et
terra esse omnia. Quoniam autem neque in medium
ut videtur quibusdam aer quod et
in ignem transmutatur et in aquam
aqua autem et in aerem et in terram. Ulti-
ma autem non amplius invicem. Sed quoniam
stare non in infinitum. Vel hec in recti-
tudine ad utrumque infinite enim contrarietates

Sed autem non sicut et in
timeo scripsit
Plato: quoniam de
dissolutionem eorum
generantur ex ad in-
vicem: non habentia.

tria
erunt
sex

De hiis quod de-
dictum est prius
Quoniam autem ex transmu-
tantur ad in-
vicem...

[illegible]

[illegible]

erunt

in uno. Sit enim sit g. aqua. y. aer. a. ignis. p. si utique a. transmutatur in p. et y. contrarietates erunt eorum in a. p. sit hec albedo et nigredo. rursus quidem in y. a. erit alia. non enim idem p. et y. sit siccitas et humiditas. quod et siccitas y. et humiditas a. quare si quidem manet album existet aqua et humida et alba. si autem non nigra erit aqua. in contraria enim transmutatio. necesse autem aut album aut nigrum esse aquam. sit igitur primum alterum. similiter igitur et p. y. existet siccitas etiam et p. igni transmutatio in aquam. contraria enim existit. primam enim primum ignis factum erat. Deinde terram siccum aqua autem humida. terra autem alba quod utique. quoniam omnibus ex omnibus erit transmutatio et in his contingit existere reliqua symbola nigrum et humidum. hec autem enim non omnia gignuntur umquam. Quod autem in infinitum non possibile est nec ex futuris ostendere. ad hec prius venimus manifestum ex his. si enim rursus igitur p. in alio transmutatur et non revolvitur. ubi gratia in x. contrarietas g. et x. alia existet preter predictas. nulli enim idem supponitur g. y. a. p. x. sit g. p. x. et g. b. x. aut utique omnibus existet g. y. a. p. transmutantur enim invicem quare erit. hoc autem quod sit nondum demonstratum est. quod illud manifestum quod si rursus x. in aliud alia erit contrarietas et g. existet et g. p. simul autem semper cum adiecto contrarietates alia existet eis quare autem quod si infinita et contrarietates infinite uni existunt. si autem hoc non erit diffinire neque generare. Oportebit enim si erit aliud ex alio transire contrarietates et amplius plures. quare propter hoc quidem quedam numquam transmutato erit. ubi gratia si infinita media. necesse autem si infinita elementa. amplius autem neque ex aere in ignem si infinite contrarietates generantur. fiunt autem et omnia unum. necesse enim omnes existere in inferioribus quod preter p. que superiorum. hiis autem que inferiorum. Quare omnia unum erunt.

Admirabitur autem aliquis dicentes uno corpus elementa plura. ut non transmutentur invicem. sicut Empedocles inquit. quomodo contingit dicere esse comparabilia elementa. quamvis dicit sic hec enim equalia esse omnia. Si quidem secundum quantum necesse idem aliquid esse existens in omnibus comparabilibus quo mensurantur. ubi gratia si ex aque pugillo erunt pugilli aeris x. idem aliquid erit ambo si mensurantur eodem. Si autem non sic secundum quantum comparabilia ut quantum ex quanto set quantum potest. ubi gratia si pugillum equaliter potest infrigidare et x. aeris. et sic secundum quantum non secundum quod quantum comparabilia. set secundum

igni

duo

ignis

aque

Item quod possunt aliquando erit quod
et non quanti mixtum compositum
est secundum potentiam et secundum proportionem. Ubi
generata ut hec ex his hec albium
hec et ut hec significat in aliis aurum siluer
mixto eale. Inconueniens ergo
intelligitur si corpora mutabilia entia
non proportione commixtabilia sunt mixtum
fore non et quod esse eale alterum
aut simile igitur mixtum et generis multiplex.
Idem enim est plus ama
empedocles talem habuit relationem
si in augmentationem utique secundum em
pedocles si secundum adiectionem. Igne
enim augetur ignis. Auget autem
primum genus ethera. aut ether
et adiunguntur videntur et non sic
augi que augentur. Multum
et difficilius tractare de generatione secundum
que et generantur secundum naturam aut ex
aut mixtum. Causa et quod potest semper
multum ab euentu et fortuna. Quod
ergo causa ex homine hominem aut ex
aut mixtum ex tritico triticum
si non oliuam. aut si ita composita
os non enim ut contingit conueniente
tibi nichil generatur. quemadmodum ille
inquit. si ratione aliqua. Que ergo
horum causa non enim ignis aut
terra. si tamen neque amicitia. neque
lis. Congregationis enim solum
hec et segregationis causa haec est
sed unumquodque. si non solum. in
xtio et separatio mixtorum. Quemadmodum
ille inquit. fortuna enim ab e

quale nominatur si non est ratio. est
enim mixti ut contingit non ergo entium
causa est igitur hec et unumquemque non hec de
hac nichil dicit. nichil ergo de non dicit
si tamen et bonum hec est et op
timum. hec et mixtionem solum laudat
Attamen et ea segregat non lis
si amicitia que non prior. aut de et
et hec amplius et de motu dicit si
plus non enim sufficit dicere quoniam ami
citia et lis mouent. si non hec sunt
amicitie esse. quod motu tali uel
et ex tali. oportebat ergo aut determi
nare aut supponere. aut demonstra
re aut certe aut molliter. aut a
liter aliter. Amplius et quoniam mouentur et
uiolenter et preter naturam mouentur corpora et secundum
naturam. Ubi generatur ignis quidem sursum
non violenter inferius et in vi. et ei quod
secundum naturam. Contrarium est est et quod
in. Est ergo et secundum naturam motum. hunc
ergo amicitia mouet aut non. contrarium
enim terram sursum et segregationi
assimilatur. Et magis lis est causa ei
quod secundum naturam motus quam amicitia.
Quapropter et ultra preter naturam amicitia
erit magis. simpliciter et nisi amici
cia aut lis mouet eorum corporum
nullus motus est neque mora. si inconueniens.
Amplius et mouentur uidentur segre
gata enim quidem lis discretum est et
ethere non alte. si quando inquit ut
a fortuna. sic enim concurrit currens
tunc multotiens. aut aliter quando quidem
inquit in natura est ignem sursum

[m]agis etiam autem ingrediebatur terre p
finitas. Similiter autem et mundus sim
iliter habere nunc videtur nunc et prius
in amicicia. Quid igitur est primum
et causa motus? non enim amicitia et
lis. Sed causa talis motus hec causa. Si est
illud principium. Inconveniens autem
et si anima elementis aut unum aliquod
eorum. Alterationes enim anime quomodo
erunt. Verbi gratia musicum esse et
rursus si non musicum, aut memori
a aut et oblivio. Palam autem quoniam
si ignis. Si autem miscibile corporibus
horum autem nulla corporalis. Sed de hi
is alterius opus est contemplationis.

De elementis autem ex quibus corpora
constituta sunt, in quibus quidem
videtur esse aliquid commune aut
transmutari invicem, necesse si alterum
horum et alterum contingere. Quicumque
enim non faciunt ex in
vicem generationem, neque ex unoquoque sicut ex
pariete lateres, inconveniens quomodo
enim ex illis erunt carnes et os
sa et aliorum quodcumque. Habet
autem quod dicitur questionem et ex alterutris
generantibus quomodo generatur ex eis ad
aliquid preter hec. Dico autem verbi gratia
est ex igne est aqua et ex hac ge
nerari ignem. Est enim aliquid
commune subiectum. Sed utique et caro
ex eis generatur et medulla. Hec utique
generantur quomodo. Illis enim qui
dicunt ut Empedocles quis erit
modus? necesse enim est compositionem

esse sicut ex lapidibus et lateribus
paries. Mixtura utique hec ex salva
tis quidem utique erit elementis, secundum parva
autem adinvicem compositis. Ita utique
caro et aliorum unumquodque. Accidit
igitur non ex quacumque parte carnis
generari ignem et aquam quemadmodum
sicut ex cera generatur utique ex hac qui
dem parte spera, piramis autem ex alia
alia. Sed contingebat ex alterutro
alterutrum generari. Hoc quidem igitur sic
generatur non ex carne ex quoli
bet ambo. Illis autem quo illo modo dicunt
non contingit. Sed ut ex pariete la
pis et lateres, alterutrum ex alio lo
co et parte. Similiter autem et facien
tibus unam eorum materiam habet aliquam
questionem quomodo erit aliquid ex am
bobus. Verbi gratia calido frigido aut
igni et aqua. Si enim est ca
ro ex ambobus et neutrum eorum
neque rursus compositio salvatorum.
Quid relinquitur nisi materiam esse quod
ex illis. Alterius enim corruptio
aut alterum facit aut materiam.
Quare quoniam est et magis et
minus calidum et frigidum, cum quidem
est simpliciter alterum actu, potentia alte
rum erit. Cum autem non omnino
sed ut quod calidum frigidum, ut autem fri
gidum calidum, quia quam miscentur
corrumpunt excellentias
adinvicem, tunc enim neque erit
materia illorum contrariorum alterum
actu simpliciter. Sed medium. Secundum vero

quod est potentia magis calidum vel ut frigidum vel converse alterutrum. secundum hanc rationem et ratione duplex calidum potentia quam frigidum vel simpliciter vel secundum alium modum talem. Erunt utique mixta alia ex contrariis aut elementis et elementa erunt ex illis potentia existentibus non ita vero ut materia sed secundum predictum modum. et erit ita quidem mixtio illo vero modo materia quod generatur.

Quoniam autem patiuntur contraria secundum quod in principiis determinatum est. Est enim actu calidum potentia frigidum. et actu frigidum potentia calidum. Quare si non coequentur transmutantur invicem. similiter autem et in aliis contrariis. Et primo ita elementa transmutantur. ex his autem carnes et ossa. et que talia. calido quidem generato frigido frigido. frigido autem calido. cum ad medium venerint. hanc enim neutrum. medium enim multum. et non indivisibile. Similiter autem et siccum et humidum et talia talia. secundum medietatem faciunt carnem et os et animalia.

Omnia enim mixta corpora circa medium locum sunt ex omnibus composita sunt simplicibus. terra quidem inest omnibus unicuique est maxime et multum in ipso loco. aqua autem quia terminari quod compositum. sola autem est simplicium bene terminabile aqua. amplius autem et terra sine humido non potest commanere sed hoc est quod continet. si enim auferatur omnino ex ipsa humidum decadit utique. terra quidem igitur et aqua propter has insunt causas. aer autem et ignis quoniam contraria sunt terre et aque. terra quidem aeri. ignis vero aque contraria est. ut contingit substantiam substantie contrariam esse. Quoniam igitur aqua contraria est. generationes ex contrariis sunt. Insunt autem altera extrema contrariorum. necesse et altera inesse. quare in omni composito omnia simplicia erunt.

Testificari autem videtur et nutrimentum uniuscuiusque. omnia enim nutriuntur eisdem ex quibus sunt. omnia enim ex mixtis nutriuntur. et enim que videntur uni[mo] solo nutriri ut aqua plante multis nutriuntur. mixta est enim aqua terre. propter quod rustici temptant misgare mittentes.

Quoniam autem nutrimentum quidem materie. quod nutritur autem coniunctum est materie forma et species. rationabile iam solum simplicium corporum nutriri ignem omnium ex invicem generatorum. quemadmodum et priores dicunt. solus enim et maxime est speciei ignis. quia innatus est ferri ad terminum. unumquodque autem innatum est ad suum ferri regionem. forma autem et species omnium in terminis. Quoniam quidem igitur omnia corpora ex omnibus constituta sunt simplicibus dictum est.

Quia vero sunt quedam generabilia et corruptibilia et generatio contingit eis que sunt circa medium locum dicendum de omni generatione similiter quot et que eorum principia. facilius enim sic singularia

[illegible]

[illegible]

inspiciemus, quoniam de universalibus accipiemus principia. Sunt enim et in numero aequalia et genere eadem principia que et in sempiternis et primis. Hoc quidem enim est ut materia, hoc autem ut forma. Oportet autem et tertium adhuc existere. non enim sufficientia ad generandum duo quemadmodum et in primis. Ut materia quidem generabilibus quod possibile esse et non esse causa. Hoc quidem enim ex necessitate est ut sempiterna, hoc autem quidem impossibile non esse. Hoc autem impossibile esse, non contingit esse praeter necessitatem aliter habere quemadmodum contingit esse et non esse possibile. Quod est generabile et corruptibile. quod quidem enim est hoc quandoque, quandoque autem non est hoc et non generabile secundum locum. Quod hoc est causa generabilibus ut materia, cuius gratia forma et species. Hoc autem est ratio uniuscuiusque substantiae. Oportet autem adesse et tertium. Quod quidem omnes somniant, dicit autem nullus. Sed hi quidem sufficientem existimaverunt causam esse ad generari specierum naturam, quemadmodum in Phaedone Socrates. et enim ille increpans alios ut nihil dicentibus supponit quod sunt entium haec quidem species, haec autem participativa specierum. et quod esse quodque unumquodque dicitur secundum speciem, generari autem secundum susceptionem et corrumpi secundum abjectionem. quare si haec vera existimant ex necessitate causas esse et generationis et corruptionis. Hi autem ipsam

[illegible]

materiam. ab hac enim motum.

Neutri autem dicunt bene. Si enim sunt causae species, quare non semper generant continue, sed quandoque quidem, quandoque autem non, entibus et speciebus et semper participabilibus. Amplius autem in quibusdam intuemur aliam causam entem. sanitatem enim medicus facit et scientiam doctor ente et sanitate ipsa et doctrina et participabilibus. Similiter autem et in aliis secundum potentiam operatis. Dicere autem materiam autem inquantum generare propter motum, naturalius utique diceret ita dicentibus. alterans enim et transfigurans magis causa generandi et in omnibus assueti sumus hoc dicere efficiens similiter et in naturalibus quam et in his quae ab arte. ab arte autem quodcumque mutans est.

Sed tamen neque hi recte dicunt. materiae enim pati et moveri. movere autem et facere alterius potentiae. manifestum autem et in hiis quae arte et in his quae natura generantur. Non enim facit aqua ex seipsa animal, neque lignum lectum, sed ars. Quare et hi dicunt non recte propter hoc et quoniam relinquunt principaliorem causam. auferunt enim quod quid erat esse et formam. Amplius autem et potentias attribuunt corporibus propter quas generant valde organice, auferentes causam secundum speciem causam. Quoniam autem innatum est, ut inquiunt, calidum quidem segregare, frigidum

[illegible]

congregare et aliorum unumquodque. Hoc autem facere hec aut pati. Ex hiis dicunt et pro omnia alia generari et corrumpi videtur. Ignis ipse motus pati. Amplius non simile aliquid faciunt ut sicut serre et unumquodque instrumentorum attribuunt causam eorum que generantur. Necesse enim secante dividi et incidente coequari et in aliis similiter. Quo circa siquidem maxime faciat et moveat ignis, et quomodo movet non videntur, quam deterius quam organa. Nobis autem et universaliter prius dictum est de causis et nunc determinatum est de materia et forma. Amplius autem quoniam latione motus demonstratum est quoniam perpetua necesse est hiis entibus et generationem esse continue. Latio enim faciet generationem actualiter quia adducit et abducit generans. Simul autem manifestum quoniam et priora bene dicta sunt transmutationum primam lationem sed non generationem dicentium. Multum enim rationabilius ens non enti generationis causam esse quam non ens enti esse. Quod fertur quidem igitur est, quod generatur autem non est, propter quod et latio prior est generatione.

Quoniam autem suppositum et demonstratum continuam esse rebus generationem et corruptionem. Dicimus autem causam esse lationem generationis manifestum quoniam una de latione non contingit fieri ambo quoniam contraria sunt. Idem enim et similiter habens semper idem innatum facere. Quo circa generatio semper erit aut corruptio. Oportet autem multos esse motus et contrarios motu aut latione aut inequalitate. Contrariorum enim contraria causa. Propter non prima latio causa generationis est et corruptionis, sed que circa obliquum circulum. In hac enim et continuum inest et moveri duobus motibus. Necesse enim si erit semper continua generatio et corruptio semper aliquid moveri ut non deficiant transmutationes hee. Duo autem ut non alterum contingat solum. Contrarietatis quidem igitur causa latio cum presentia et absentia inclinatio. Contingit enim quandoque longe fieri quandoque prope. In equali vero distancia ente inequalis erit motus. Quo circa si adveniendo et prope esse generat, et in recedendo et longe fieri idem ipsum corrumpit. Et si multotiens adveniendo generat, multotiens recedendo corrumpit. Contrariorum enim contraria causa, et in equali tempore et corruptio et generatio que secundum naturam. Propter et tempora et vite uniuscuiusque habent numerum et hoc determinantur. Omnium enim est ordo et omne tempus et vita mensuratur periodo. Sed tamen non eadem omnibus, sed hiis quidem minor, hiis autem maiore. Hiis autem quidem enim, hiis autem maior, aliis autem minor periodus est mensura.

Apparent autem et secundum sensum confessa hiis que a nobis dicta sunt

[illegible marginal and interlinear glosses]

videmus enim quoniam adveniente
quidem sole generatio est, recedente autem
diminutio et in equali tempore utru
mque. equalia enim tempora generationis
et corruptionis que secundum naturam. Sed
contingit multotiens in minori
corrumpi propter ad invicem confusionem.
inequali enim existente materia et non ubique
eadem. necesse et generationes inequales
esse. et has quidem citiores, has autem
tardiores. Quare accidit propter
horum generationem aliis generari corruptio
nem. Semper vero ut dictum
est continua erit generatio et corruptio
et numquam deficiet propter quam diximus
hoc autem rationabiliter contingit. quoniam
enim in omnibus meliori desiderare
melius autem esse naturam. semper me
lius autem esse quam non esse. Quot esse
autem modis dicimus in aliis determinatum.
hoc autem in omnibus impossibile existere propter
longe a principio distare re
liquo modo complevit esse deus con
tinuam faciens generationem. ita enim
maxime continuabitur esse quia
proxime est substantie fieri semper generationem.
huius autem causa ut dictum est mul
totiens circulatio. sola enim
continua. ideo et alia quecumque trans
mutantur ad invicem secundum passiones
et potentias. ubi generalia simplicia corpora
imitantur circulationem alia omnia.
cum enim ex aqua aer generatur et
ex aere ignis et rursus ex igne
aqua circulationem dicimus circuire

generationem. quia rursus redit. quare
et recta latio assequens est
que circulationem continua est. simul
autem manifestum ex his quod quidam
dubitant quare unumquodque corporum
in propria latione regionum infinito
tempore non distant causa. Cau
sa enim huius est que ad invicem trans
mutatio. si unumquodque maneret in sua
ipsius regione et non transmutaretur
ab eo quod prope iam utique destitissent
transmutantur autem propter
lationem duplicem entem. Quia vero
transmutantur et non contingit ma
nere nullum corporum in nulla re
gione ordinata. Quia autem
est generatio et corruptio et propter quam causam
et quid generabile et corruptibile
manifestum est ex his que dicta sunt.

Quoniam autem necesse est esse aliquid
movens si motus erit ut dictum
est prius in aliis. et si semper quoniam
oportet aliquid semper esse. et si continue
unum idem et immobile in mobile
et ingenerabile et inalterabile. et si plures
sunt circulares motus plures qui
dem. omnia autem aliqualiter esse hec necesse
sub uno principio. continuo au
tem existente necesse motum continuum esse si
impossibile tempus sine motu esse. con
tinui ergo alicuius tempus numerus ergo cir
culationis. Ergo quemadmodum in principio
huius que in principio determinatum
est. Continuus autem motus utrum
quia quod movetur continuum est aut quia quod

[illegible marginal glosses]

monetur voluit. Dico autem passionum
materiam utique quia eo quod id quod movetur
quo enim passio continua nisi quod
res eam accidit continua est. Si autem
et hec eo quod in quo solum loco
existit. magnitudinem enim habet a-
liquam hec. Sed quod circulo solum con-
tinuum. Quo est item sibi ipsi semper
continuum. hec igitur est quod facit continu-
um motum quod movetur corpus
fertur autem motus tempus.

Quoniam autem in continue mo-
tis sicut generationem aut alterationem
aut universaliter transmutationem videmus
quod deinceps ens et generatum hoc post hoc
ut deficiat. videndum est utrum
est aliquid quod ex necessitate erit aut
nichil. Si omnia contingit non fieri. Aut
enim quedam. manifestum et mox autem
erunt et futurum aliud. propter hoc quod
quidem verum dicere quod erit aut hoc esse ad
iam quia esset quod nunc verum
dicere futurum est. nichil prohibet
non fieri. futurus enim incedens aliquis non
incedet. Universaliter quoniam contingit quedam
entium et non manifestum quoniam est que
generantur ita habebunt et non ex necessi-
tate hec erunt. utrum hic igitur omnia
talia aut non. sed quedam necesse simpli-
citer est quodam in esse. Sed quedam im-
possibilia non esse hec quod possibile ita et que
generationem. Utique generatio. Conversiones igitur
necesse fieri et non possibile non contingere.

Si igitur quod prius necesse fieri si quod
posterius erit. Utique generatio si tectum fun-
damentum. si non hec lutum. Prius igitur
si fundamentum factum est utique necesse et
domum esse necesse fieri aut non esse adhuc
aliquo et illud necesse generari simplici-
ter. si autem hec necesse fundamento generari
domum. sic enim fuit quod prius huiusmodi
posterius. Quare si illud erit necesse
illud prius generari. Si igitur necesse genera-
ri quod postea et quod prius necesse. et
si quod prius et quod posterius igitur necesse
si non propter illud. sed quoniam supponebatur ex
necessitate futurum in ambobus igitur quod
postea necesse esse in hiis convertitur
et semper priori generato necesse
generari quod postea.

Si quidem igitur in infinitum tendit ad inferius
non erit necesse eorum que postea
hec generari simpliciter ex suppositione.
Semper enim alterum anterius necesse esse
illud generari. quo est si non est
principium infiniti. neque primum
erit nichil propter quod quod necesse erit
generari.

At vero in finitis
huiusmodi hec est dicere vere quoniam sim-
pliciter necesse generari. Utique generatio. Do-
mum quando fundamentum generatur.
Quando enim generatur. si semper necesse
generari semper hec accidet sem-
per esse. contingens semper non esse. sed
oportet semper generationem esse. Si ex necessi-
tate est eius generatio. ex necessita-
te enim et semper simul. quod enim
necesse non possibile non esse. Quod
si est ex necessitate sempiternum
est et si sempiternum ex necessi-
te

et si generatio igitur ex necessitate perpetua est. generatio huius et si sempiterna ex necessitate. si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio necesse circuire et reverti. Necesse enim aut finem habere generationem aut non. et si non. aut in rectum aut in circuitu. horum autem siquidem erit sempiterna. non in rectum possibile. Quia nequaquam est principium neque si infinitis ut ad futurum accipiantur neque superius ut ad generata. Necesse autem principium. neque finito ente et sempiternum esse. Ideo necesse in circuitu esse. Convertit igitur necesse erit. ut si generatur hoc ex necessitate est et quod prius si hoc. et quod posterius ergo. debet si hoc et quod posterius necesse generari. et hoc semper iam continue. nichil enim hoc differt dicere per duo aut multa. In circuitu igitur generatione est ex necessitate simpliciter. et si in circuitu necesse generari unumquodque. et si necesse horum generatio in circuitu. hec itaque quod in circuitu motus est et quod celi. quoniam ex necessitate. hec generantur et erunt consequenter hoc motus et consequenter propter hunc. si enim quod quod in circuitu movetur semper aliquid movet. necesse et horum in circuitu esse motum. ut generatio superiori allatione ente in circuitu solis. Similiter quoniam autem hec propter hec in circuitu generatur et revertitur huius autem generatis ita iterum quod ad huius. Quare igitur hec quidem ita videntur. ut generato aqua et aer in circuitu generantur et si quidem nubes erit oportet pluere et si pluet oportet et nubem esse. Homines vero et animalia non revertuntur in se ipsos ut rursus generentur idem. Non enim necesse est si pater generatus est te generari sed si tu illum. in rectum autem videtur generatio huius esse. Principium autem intentionis rursus huius utrum similiter omnia revertuntur aut non sed hec quidem numero. hec autem specie solum. Quorum quidem igitur incorruptibilis substantia mota. manifestum quoniam et numero eadem erunt. motus enim sequitur quod movetur. quorum autem non sed corruptibilis. necesse specie. numero autem non reverti. Ideo aqua ex aere et aer ex aqua specie idem non numero. Si autem et hec numero: sed non quorum substantia generatur ens talis qualis contingit non esse.

Explicit liber de generatione et corruptione.

E[D]
PRimis
quidem igitur
causis nature.
et de omni
motu naturali. adhuc autem de hiis superiorem lationem per ornatis astris et de elementis corporalibus. quot et qualia et de ea que in invicem permutatione

[Marginal gloss, left, beside the column:] [illegible]

[Marginal gloss, left:] [illegible]

[Marginal gloss below the left column:] Quare [illegible]

[Marginal gloss, right:] [illegible]

sequitur textus metheororum [illegible]

et de generatione et corruptione communi
dictum est prius. Reliqua autem pars
huius methodi est adhuc consideranda
quam omnes priores metheorolo-
giam vocabant. Hec autem sunt quecumque
accidunt secundum naturam quidem inordina-
tiorem tamen quam ea que primi elementi cor-
porum est circa locum maxime proximum
lationi astrorum, puta de lacte et
cometis et ignitis et motis fanta-
smatibus. Et quecumque ponemus u-
tique aeris esse communes passiones et
aque, adhuc autem terre quecumque partes et
species et passiones partium, ex quibus
et de spiritibus et terre motibus conside-
rabimus omnes causas et de omnibus que
fiunt secundum motum horum, in quibus hec
quidem dubitamus, hec autem attingi-
mus aliquo modo. Adhuc autem
de fulminum casu et tyfonibus et in-
censionibus et aliis circularibus quecumque
propter congregationem accidunt passio-
nes ipsorum horum corporum. Pertranse-
untes autem de hiis speculabimur si quid
possumus secundum monstratum modum
assignare de animalibus et plantis
universaliter et singillatim. Facto enim huius
dicti finis utique factus erit omnis
eius que a principio nobis electionis.
Sic igitur incipientes dicamus de
ipsis primo. Quoniam enim determi-
natum est prius a nobis unum quidem
principium corporum ex quibus consistit
circularium lationum corporum natura, alia
autem quatuor corpora propter quatuor principia

quorum duplicem dicimus esse
motum, hunc quidem a medio, hunc autem
autem ad medium. Quatuor autem existentibus hi-
is, igne et aere et aqua et terra, quorum
quidem hiis supereminens esse ignem,
subsistens autem terram, duo autem ad ipsa
hiis proportionaliter habent: aer quidem
igni proximior aliis, aqua autem terre.
Quare itaque circa terram totum mundum
ex hiis consistit corporibus, de quo ac-
cidentibus passiones dicimus esse
sumendum. Est autem ex necessita-
te continuus iste superioribus lati-
onibus, ut omnis ipsius virtus gubernetur
inde. Unde enim motus
principium omnibus illam causam
putandum primam. Adhuc
autem hec quidem perpetuum et finem
motus non habet loco, sed semper in
fine; hec autem corpora omnia finitis di-
stant locis ab invicem. Quare
accidentium circa ipsum ignem quidem
et terram et syngenea hiis ut in
materia sic esse causam que fiunt causas oportet
putare; subiectum enim et patiens
appellamus hoc modo. Que autem sic est cau-
sa ut unde motus principium eam que
semper motorum causandum virtute.
Resumentes igitur eas que a principio
positiones et determinationes prius de-
terminationes dicamus et de lactis
fantasia et de cometis et aliis quecumque
existunt hiis syngenea-
encia. Dicimus itaque ignem
et aerem et aquam et terram fieri

lc. 2a

exmutacione et inmutacione horum in uno quoque existente possibile et aliorum aliquo unum aliquid et id sicut dicitur inquirere volumus ultimum. Primo quidem quod dubitabit utique quis esse uocatum aerem quomodo oportet accipere ipsius naturam in universo ambiente terram et quomodo se habet ordine ad alia dicta elementa corporum. Moles quidem enim utique terre quanta ad eam utique sit ab ambientibus magnitudinibus non inmanifestum. Iam enim uisum est per astrologica theoremata nobis quoniam multo quam quibusdam astrorum minor est. Aque autem naturam consistentem et separatam neque unus neque contingit segregatam esse ab eo quod est circa terram locato corpore apparentia manifestis mari et fluminibus et utique siquid in profundo inmanifestum nobis est. Intermedium itaque terre et ultimorum astrorum utrum unum aliquid putandum esse corpus secundum naturam aut plura, et si plura quanta et quo determinata sunt loca. Nos quidem igitur quoniam dictum est prius de primo elemento quale secundum uirtutem est et quare totus circa superiores lationes mundus illo corpore plenus est. Hanc opinionem non solum nos existimamus habentes uidetur autem et antiqua quidam existimatio ipsa et priorum hominum. Dictus enim ether antiquam accepit appellationem quam anaxagoras quidem igni idem putasse ubi michi uidetur significare. Superiora enim plena igne esse. et ille eam que ibi potentiam ethera nominauit putauit hec quidem recte putauit. Quod enim semper per corpus currens simul et diuinum aliquid secundum naturam uisi sunt existimare. et determinauerunt nominari ethera quod tale nullo corum que apud nos existens idem. Non enim utique dicemus simul ad bis neque uno easdem opiniones reuertere factis in hominibus sed infinities. Quicumque autem et ignem purum esse aiunt quod ambiens et non solum lata corpora quod autem intermedium terre et astrorum aerem consideratores utique nunc ostensa per mathematica sufficienter forte utique desisterent ab hac puerili opinione ualde enim simplex putare unumquodque latorum esse paruum magnitudinibus quod uidetur aspicientibus hinc nobis sic. Dictum est nobis quidem et prius in hiis que circa superiorem locum theorematibus. Dicimus autem et eandem rationem et nunc dicemus. et distancie plene igne et corpora constant ex igne olim ad maximam utique esset unumquodque aliorum elementorum. At uero neque aere solo plena. Multum enim utique excederet equalitatem communis analogie ad coelementaria corpora. Et ex hiis duobus elementis plenum quod intermedium terre et celi locus. esse nulla enim ut est dicere pars terre est moles in qua contenta est totius

aq̃ multitudo ad ambientẽ ma
gnitudinem. videmus aũt nõ mi̇cã
ta magnitudine fienũ excessiuũ
molium cum ex aq̃ disgregata aer
fiat. aut ignis ex aere. necẽ aũt eã
dem rõm hr̃e quantum hr̃ tantillã
et puam ad factum ex ipsa aerẽ et
totum ad totum aquam. differt autẽ
nichil nisi quis dicat quod nõ fit hẽ
ex inuicẽ eã alia tamen uirtute eẽ per
hunc eius modum necẽ est eã alita
tẽ uirtutis existẽ magnitudinibꝰ
ipsorum quamadm̃ utiq3 si fcã ex in
uicem existent. ¶ Quod quidem ergo neq3
aer neq3 ignis tantum replent i
ntermedium locum manifestum. ¶ Reli
quum aũt perscrutantes dicẽ quomodo or
dinata sunt duo ad primum corpus po
nem dico aerẽq3 et ignem. ¶ Et
propter quam causam caliditas astrorum
a superiori fit hic que circa terram locis.
¶ De aere quidem dicentes primo sicut sup
posuimus dicamus sic et de hiis re
lin. Si itaq3 fit aq̃ et aer ex aq̃
propter quid quam causam nõ consistant
nubes sub superiorem locum. ¶ Con
ueniebat enim magis quanto re
motiora terra locus et frigidior.
quia neq3 sic prope astra calida existencia
est. neq3 prope radios terra refractos
quam prohibent prope terram consistere
disgregantes caliditate consisten
cias. fiunt enim nubium congrega
tiones ubi desinunt iam radii
propter spargi in infinitum. aut quidem

nõ ex omni aere nata est aq̃
sed aut si similiter ex omni causam ẽ
circa terram nõ solum aer est. sed ve
lut vapor propter quod iterum consistat in a
quam. ¶ At uero si existimus existens a
ex omnis vaporem videbitur nimis
multum excedẽ que aeris sunt et a
que. si quidem superiores distancie
plene sunt corpore aliquo et ig
ne quidem impossibile quia ex siccarent
utiq3 alia omnia. relinquitur aut
aer et quod circa terram totam aq̃
vapor enim aq̃ disgregatio est.
de hiis quidem ergo dubitatum sit hẽ
modo. ¶ Nos autem dicimus simul et
ad dicta terminantes et ad nunc
dicenda. quod enim sursum et usq3
ad lunam dicimus eẽ corpus alterum
ab igne et aere. ¶ Quoniam imo et i
ipso hoc quidem purius eẽ hoc autem minus. et di
cere et differens hr̃e et maxime quare
sunt ad aerem et ad eum qui circa
terram mundum. lato autem primo circu
lo et corporibus que in ipso quod pro
pinquum semper inferioris mundi
et corporis motu disgregatum accen
ditur et facit caliditatem. ¶ Oportet
autem melius sic et hinc incipientes
¶ Quod enim sub circa quod sursum circula
tione corpus velut materia quedam ex
istens et potentia calidum et frigidum et siccum
et humidum et quecumq3 alie hiis
assequuntur passiones fit tale. et
est a motu et a mobilitate e
ius et principium primum dicimus.

In medio autem quod est et esse me-
dium est quod gravissimum et fri-
gidissimum segregatum terra et aqua.
Circa hanc autem et habita hiis aer et quem
propter consuetudinem vocamus ig-
nem. Non est autem ignis; excellentia
enim calidi et velut fervor est ig-
nis. Sed oportet intelligere dicti a nobis a-
eris quod autem circa terram velut hu-
midum et calidum esse propter vaporare
et exalationem habere terram. Quod
autem super hoc calidum iam et siccum
est. Vaporis enim natura humidum et
calidum, exalationis autem calidum et sic-
cum. Et est vapor quidem potentia velut
aqua, exalatio autem potentia velut ignis.
Eius autem quod in eo qui superius
loco constare nubes, talem
existimandum causam esse, quia non
est aer solum sed magis velut
ignis. Nichil enim prohibet et
propter eam que in circulo lationem prohi-
beri constare nubes in superio-
ri loco. Fluere necessarium enim omnem
eum qui circa terram aerem, quantum-
cumque non intra perfectam capitur termi-
num, ut et terra spherica sit
tota. Videtur enim et nunc ven-
torum generatio in stagnantibus
locis terre, et non excedere ventos
altos montes. Fluit autem circu-
lariter, quia simul fertur cum to-
tius circulatione. Ignis quidem conti-
nuus cum eo quod sursum elemento,
cum igne autem aer continuus est.

Quare et propter motum prohibetur
congregari in aquam. Sed semper
quecumque pars ipsius gravior fit, extru-
sa in superiorem locum calido deor-
sum fertur, alia autem impetu simul
sursum fertur exalato igne, et
sic continue hec quidem perseverat a-
ere plenum existens, hec autem igne,
et semper aliud et aliud sic unum-
quodque ipsorum. De eo autem quod
non quod est non fit nubes neque in
aquam congregatio, et quomodo opor-
tet accipere de loco in medio astro-
rum et terre, et quo est corpore
plenum, tanta dicta sunt. De
fervore autem caliditatem quam
exhibet sol magis quidem secundum se
ipsum et diligentius talibus de
sensu convenit dicere. Calidum est
passio quedam sensus est propter quam
autem causam fit non talibus existentibus
illis secundum naturam dicendum. Et nunc
videmus iterum motum quod potest
disgregare aerem et ignire, ut
et lata liquefacta videantur sepe.
Eius quidem igitur quod est fit estivum et
calorem sufficiens est efficere
et solis latio tantum velocem,
quia enim cito et non longe. Que
autem quidem astrorum velox autem
longe, que autem lune deorsum
quidem tarda, que autem solis am-
bo hec habet sufficienter. Fit ma-
gis simul cum solo ipso calidi-
tatem rationabilem. Similiter

Simile ex hiis que ad nos sunt
et enim hic violencia latus in-
cidit aer. maxime fit calidus et
hec contrahitur accidit. maxime
enim motus solidi disgregat
ipsum. propter hunc quidem cum pertingit ad
hunc locum calidus. Et circa
ambientes ignis per aerem spargitur
frequenter motu et fertur violen-
ter deorsum. Signum quod sufficien-
ter quod circa sursum locus non fit
calidus in igne est discursus as-
trorum. Ubi quidem enim non sunt
deorsum aut quiescunt que magis in
motu et circa ignem circa ad
hunc quod solem quem maxime esse mota
calidus videtur. albus et non igneus
existens.

Hiis quidem determinatis dicamus
propter quam causam flamme accen-
se apparent circa celum et discurren-
cia sidera et vocati a quibusdam
talia capre. hec enim omnia sunt i-
dem et propter eandem causam. Differunt
autem per magis et minus. Principi-
um autem et horum et multorum a-
liorum hoc est. Calefacta est
terra a sole exalatione necessarium fit
non simplicem ut quidam pu-
tant sed duplicem hanc quidem
magis vaporosam hanc autem
magis spirituosam hanc quidem
eius quod est in terra et super ter-
ram humidi vaporem hanc autem
ipsius terre existentis sicce fumosam

et harum spirituosam quidem sup-
eminentem propter calidum humidiorem autem
subesse propter pondus. et propter hec hoc mo-
do ornatum est quod continetur. primo
quidem enim sub circulari latione est
quod calidum et siccum quod di-
cimus ignem. Innominatum
enim quod commune omni fumose
disgregationi. attamen quia max-
ime natum est quod tale exurit cor-
porum sic necessarium uti nominibus sic.
hac autem non aer. Oportet autem intelli-
gere velud ypeccauma. ultre in-
censibile. ima. hec quod nunc
diximus ignem circa ordina-
tum circa ultimum spere que circa
terram ut modico motu sorciens
et augmentum caloris. exurit
spere sepe sicut fumus est enim
flamma spiritus sicci ardor. Qua-
cumque quidem maxime se habeat ta-
lis consistencia cum circulatione
mota fuit aliqualiter exuritur.
differt autem iam secundum ypeccaumatis
positionem aut multitudinem. si quidem
enim latitudinem habeat lon-
gitudinem ypeccaumatis mul-
totiens videtur accensa flam-
ma velut in area ardentis
stipule. si autem secundum longitudinem
solum vocati tali et eges et
sidera. si autem tantum plus ypec-
caumatis fiunt secundum longitudi-
nem et latitudinem. cum autem
quasi excintillat simul combustis.

hec a' pp̄ igniti sm̄ modicu qđ
ad principium q̄ ex uccat' cū a'
sive hic passione talis. cū uo
longitudines exalatōnis p me
dia et multiplr dispse et simlr
sm̄ latitudinem et pfunditatē
sydera putata uolare sunt. Cū ali
quando qr a motu exalatō exusta
generat' ipsa alīa a' ab frigore cōsistē
te aere extruditur et segregat'
calidum pp̄ quod et latō pōrum as
similat' mag' piectōni. Du
bitabit utiq; aliquis utrum uelut
que ab lucerna posita exalatō a supi
ora flamma accendit inferi
orem lucernam. mirabilis enim
et h' velocitas est et simil' piec
tōni. sz nō in alio et alio facto
igne aut piectōnes eiusdem ali
cuius corpis sunt discursus. Vi
detur pp̄ ambo et enim ut l' velue
na fit et q̄dam pp̄ expulsi piciun
tur uelut que ex digitis elaben
cia et mutuum et in mare vide
antur cadencia et in nocte et p
diem serenitate existente videntur.
Deorsum a' iaciunt' quando co
agulatō ad deorsum inclinat p
pellens pp̄ quod et sic fulmina de
orsum cadet. Omnium enim hor
generatio nō exustio. sz segregatio
ab expulsione est. cum sm̄ nām
calidum sursum natum est fieri
omnio. Quecumq; quando igi
tur mag' i suppmo loco cōsistit
exusta fiunt exalatōne. Que
cumq; a' dimissius segregata pp̄
cōcretum et infrigidari humidior
em exalatōnem. hec enim con
gregata et deorsum tendens
ppellit inspissata et deorsum fi
ent cali piectōm. pp̄ pōm a' exal
atōnis qualitercumq; contingat po
sita latitudinem et pfunditatē
sic fertur aut sursum aut deor
sum ad latus plurima a' ad lat'
pp̄ duas fieri latōnibus violencia
quando deorsum n̄ a' sursum. oīa
enim sm̄ dyametrum fiunt' ea
hoc pp̄ quod et discurrencium se
cundum plurima obliq̄ fit latō.
Omnium itaq; horum causa quidē
ut m̄. exalatō ut a' movens aūr
quando que sursum latio. aliī aūt
aeris concreti coagulatō. Oīa
enim hec sublunaria fiunt. signum
a' appens nōrum uelocitas sim
simil' exustivis que a nob' pici
unt' q̄z ppe nos sunt multum
videntur uelocitate p̄gredi
astra qz et solem et lunam.
Apparet a' aliq; nocte seren
itate existente cōsistencia multa
fantasmata in celo puta hiatus
et foveam et sanguineos colores.
Causa a' et in hiis eadem. Cum
enim manifestum est q̄ superius a'
sursum aer. ut ignitō fiat et
ignitō aliquando talis sit ut q̄
flamma videat' ardē aliquando aut

uelut tali fiunt et similiter multum
in terris sic colorati. Item iste aer
constans omnibus modis coloribus
perspicuus enim tamquam parens mi-
nus lumine et refractionem suscipiens
aer omnium modis colores faciunt et
maxime et puniceum aut pur-
pureum. quia hii maxime ex igne
et albo apparent mixtis secundum superpo-
siciones velut orientia astra et oc-
cumbentia si fiunt canina et per
fumum punicea apparent et refrac-
tione et faciet tamquam speculum si-
cut tale ut non figuram sed colo-
rem suscipiat. Quare et non
non multo tempore maneant hec con-
sistencia causa velox existens.
Hyatus et dissupto lumine ex albo
claro et nigro facit putari hic
aliquam profunditatem multociens
et ex talibus et tali excedunt cum
congregetur magis. Convertetur
et amplius uoragio. uidetur omnino
et in nigro album multas facit
varietates velut flammam in fu-
mo de die quando quidem sol prohibet.
Nocte et excepto puniceo aliorum
propter similem coloracionem non apparet.
De discurrentibus quidem igitur
astris et igneis. ad huc et de ali-
is talibus fantasmatibus que celeriter
festinas faciunt fantasias has
existimare oportet causas.

De cometis et et uocato
lacte dicamus dubitan-
tes ad dicta ab aliis primo. Ana-
xagoras quidem igitur et democritus aiunt
esse cometas sintasim erraticarum
stellarum cum propter prope videntur pu-
tent tangere invicem. In tali corpo-
re quidam italicorum pytagoricorum
unum dicunt ipsum esse erraticarum stellarum
sed per multum tempus fantasiam ipsius
esse et excessum ad modicum quod
quidem accidit et circa mercurii stellam
quia ei modicum digredientis sepe non
apparet ita ut post tempus appareat mul-
tum. Similiter autem hiis et circa
ypocratem chium et discipulum
ipsius eschilum enunciaverunt. sed
comam non ex ipso aiunt habere sed er-
rantem propter locum aliquando accipere refrac-
to visu nostro ab attracto humorem
ab ipso ad solem. Quia autem dis-
cedunt tardissime tempore apparet post
tempus plurimum aliorum astrorum. ut cum
ex eodem appareat secundum deficere per to-
tum circulum circa ipsum et ad
arcticum et ad austrum. In hiis tempus
quidem igitur loco tropicorum non attra-
here aquam ad ipsum quia consumpta est a
solis latione ad austrum autem circa habitu-
copiam quidem habere talis humiditatis
sed quia parva est decisio circuli que
super terram que autem deorsum multiplici- uō per uisus
nus hominum facta fit ad solem. non ap-
propinquante tropico loco neque in mestiuis
visionibus existente sole prope quia hiis
quidem locis fit cometa ipsum. quando vero
ad boream prelictus extitit accipe-

qua magna est peryferia que
esse super orizontis. Que quidem liber
partes circuli parua facile enim visus
hominum pertingere tunc ad solem.
Omnibus quidem hiis hec quedam contingit
accidit dicere impossibilia. hec quidem separatim
primo quedam qui dicunt quod erratum
cum est una stellarum cometa er-
rantes enim omnes in circulo al-
ium sorte fecerunt. Comete autem
multi visi sunt ex eclin. Deinde
et plures uno simul facti sunt sepe.
Adhuc quidem super refractionem co-
ma habent sicut aut et ypocrates
oportebit aliquando apparere et sine coma
stellam hanc eam quam quedam sorte
fiet hec et ad alia loca. Dominus
quidem hic non ubique. Nunc quidem nulla
visa preter quinque stellas. Iste autem
sepe simul omnes eleuate apparent
super orizontem. Et manifeste
quidem existentibus ipsis omnibus. si aliquibus
tamen existentibus apud solem. nebul-
unus cometo apparent facti sepe.
At uero in hoc tantum. si quidem in loco
ad fractum fit cometes solum
simul et sole existente circa tropicos
estiuales. magnus enim come-
tes factus circa enim quem in aequi-
uo terre motum et circa fluctus as-
cendum ab occasibus equinocti-
alibus ortus fuit et ad austru-
iam multi facti sunt. Sub principe
quidem athenensium glorisissimo in
molone facti sunt cometa ste-
lla mense gamelione. sole ex-
istente circa tropicos hyemales. et
quedam tantam refractionem factam
esse et ipsi impossibilium esse autem.
Commune quidem et hiis et contractum
dicentibus primo quedam quia non erra-
tum accipiunt comam quamdam et
hec non solum egypcius credere oportet
quedam et illi aiunt. Sed et nos vi-
dimus earum enim que in femore ca-
nis stella quamdam habent comam debi-
lem tamen. Intendentibus quedam eis fir-
mum debile factum est lumen: ad iacentibus
quidem visum remisse plus. Adhuc
quidem omnes etiam apud nos visi sunt su-
ccessu dispuerunt in loco super ori-
zontem consumpti paulatim ita
ut neque unius stelle relinqueretur cor-
pus plurimum. Qui et magna
stella de qua prius meminimus ap-
paruit quedam hyeme in gelu et seni-
tate vesperi ab astro principe. et
primo quedam die non apparuit tam-
quam precadens ante solem secundum
quidem apparuit quantum contingit. minimum
enim relictum fuit et mox occu-
buit. lumen quidem extendit usque ad ter-
ciam partem celi. velut similiter
quedam quod et vocata fuit via. as-
cendit quidem usque ad zonam orionis
et ibi dissoluta fuit. Et anima de
mortuis oportune voluit pospidonia
sua aut enim apparuisse dissol-
uus cometas stellas quemdam. hec
quidem non aliquando quedam oportebit fieri alia

a' nō· s; semp. Mo li' a' et egypcij a' erraticum· et ad se ip̄is ⁊ ad alias s' conuenit' et nos ipi uidimus stellam ȝomis et in geminis obeuntē quandam iam et disparere facientē· s; nō cometē fieri· Adhuc a' et ex eiusdem manifestis stelle ei et s; maiores et minores appe'it s; tū indiuisibiles p se ee uidentur q. eodem g° et s; ee indiuisibiles tangentes nullam utique facient magnitudinem maiorem· sic et qm̄ n̄ sunt quando uidentur a' indiuisibiles et conuenientes mch' uidebunt' maiores s'm magnitudinem existentes. Quando g° dicte de ipis cāe f'sē existimant entes· s; nō per plā' Qz tamē p l' sufficienter psilaz est· Quoniam a' de manifestis sensui putamus sufficient' demōnstrā'e s'm rōm· s; ad p'le reduximus· ex hiis que nunc apparent existimabit utique aliquis sic de hiis max' accidē. Supponit' enim nob' mūdi eius qm̄ cā terrā continuum ēe circulari esse latōne ēē p maximam ptem ex alatōne siccum ⁊ calidum· que continet a' ⁊ continu ēē ipi aeris ad multum simul cōcidunt' cēli circum cū ipo et motu circulalata a' et mota h' mō quacumque contingit distemperabil' exīns depe ignit' ppt' qd' dicimus s' ⁊ dis p sow sydereum discursus. Cum g° in talem conpl'cōm incidit ppt' superiorem motum principium tz sic multum ualde· nt cito et ad multum exurunt· tz sic debile ut extinguat' cito· s; plus et ad multum simul a' desubtus accidat ascendē· uel dispositum exsiccatiōez h' fit stella cometa· quecumque et alatum extitit figuratum· s; quid' eni omniaq3 similit' cometes s; a' ad longitudinē uocat' pogonias dic' a' talis latō stelle latō uidet' ēē· sic et mansio huius stelle· mansio uidet' ēē· Simile enim quod fit velut siquis in pilearum cumulu et multitudinē immiserit tytionē aut ignis micat principium ? modicum· uidet' enim silis et sydereum discursus huic. Cito n· ppt' aptam dispōm ypeccumatis succedit in longitudinē· s; hec utique maneat et nō consumat' pertransiens· aut maxime tempsa y est ypecuma· fiet utique principium latōnis consumatō discursus m. talis cometa est stella uelut discursus sydereus huic in ipo finem et principium. Quando g° in ipo inferiori loco principium consistencie fuit p se appet cometes. Quando a' ab astrorum aliquo aut nō erraticum· aut erraticum enim a motu consistit exalatio tunc cometes fit horum aliq nō enim apud ipa astra coma fit· s; quemadmodum halo· circa solē appet

et lunam assequentes et quod circu-
latis cum sic fiunt contemplatiuis ut
passio hec fiat sub sole. sic et cau-
ari uelut halo est. at cum halo
quod sit propter refractionem talis colore
ubi autem in ipsis color apparet est. Quando
quidem igitur secundum stellam fiat talis con-
to contemptum necesse manifestare la-
tionem motum cometarum qua quando
fertur stella. Cum autem constiterit per se
tunc subsequentes uidentur. talis
enim latio mundi qui circa terram
sed eum maxime in sinuat non est
esse refractionem quandam cometam
ut halo in yparmate purior ad
ipsam stellam factam. et non ut di-
cunt qui circa ypocratem ad solem
quare et per se fit cometa sepe et fre-
quentius quam circa aliquas determinatarum
stellarum. De halo quidem igitur
causam posterius dicemus. De eo
autem quod est esse igneam constitutionem
ipsorum argumentum oportet putare
quod significant facti plures spiritus et sic-
citates. palam enim quod fiunt propter
multam esse talem segregationem
quare superiorem necessarium esse aerem et disgre-
gari et dum solum euaporans hu-
midum amplitudine calide exala-
tionis ut non constat facile magis
manifestius autem diximus. et de hac
passione quam et de spiritibus dicendum
fuit tempore. Quando quidem igitur crebri
et multi apparent sicut diximus
sicci et spirituosi fiunt anni bo-

cabilitate. Quando autem rariores et mi-
nores magnitudine similiter quod
non sit tale. at tamen ut frequenter fit
quidem excessus spiritus. aut secundum tempus
aut secundum magnitudinem. quando et qui
in egos fluuios cecidit lapis ex
aere a spiritu cecidit per diem. accidit
autem tunc cometes stella facta ad ues-
peram et circa magnam stellam come-
tam circa yemem in boreali et facta
tum propter constantem uentorum fac-
tum. In siccitatibus enim borealis
optimum est autem alius flauit mag-
nus. adhuc autem sub principe nicho-
mato facta sunt paucis diebus co-
metes circa equinoctialem circulum
non auersa faciens ortum in quo
qui circa corinthum spiritus euenit.
Eius autem quod est non fieri mul-
tos in sepe cometas et ma-
gis extra tropicos quam intra causa
solis et astrorum motus non sol-
um segregantis calidum. sed et disgre-
gantis ad consistit. maxime autem cau-
sa plurima in lacte congregatur re-
Qualiter autem et propter quid gignitur
quam causam sit et quid est
lac dicamus iam prius discurrentes
autem et de hoc que ab aliis dicta sunt.
primo uocatorum quidem igitur pytha-
goricorum quidam aiunt uiam
esse hanc hii quidem excidentium
stellarum astrorum secundum tantum super phe-
tonta casum. hii autem solem illic celo
delatum esse aliquando aiunt. uelut igitur

et ustum esse hinc locum aliquem
aliam talem passionem passum
esse alacione nostrorum. Inconve-
niens autem non consillire quod
si aliquid hoc erit causa: oportebit et zo-
diacum circulum sic habere et magis
quam eum qui lactis. Omnia enim
in ipso sunt erratica. et non
sol solus. manifestus autem
nobis totus circulus. Semper enim
ipsius manifestus semicirculus nocte
sed nichil videtur tale passus. nisi
si alia copulatur per ipsius ad lac-
tis circulum. Qui autem circa
anaxagoram et democritum
lumen esse lac aiunt astrorum quo-
rumdam solem enim sub terram la-
tum: non respicere quedam as-
trorum. Quecumque quidem igitur
aspiciuntur ab ipso. horum quidem
non apparere lumen prohibitum enim a so-
lis radiis. Quibuscumque autem
obstant terra ut non aspiciantur a
sole. horum proprium lumen aiunt
esse lac. Manifestum autem quod et hoc im-
possibile. lac quidem enim semper idem
in eisdem est astris. agens enim
maximus eius circulus. a sole autem
semper alia que non aspiciuntur
quia non in eodem manet loco.
Oporteret igitur translato sole transmu-
tari et lac. nunc autem non ap-
paret hoc factum. Adhuc autem
si quemadmodum ostenditur nobis que
circa astrologiam theorematibus

Solis magnitudo maior est quam
que terre. et distancia multo ma-
ior que astrorum ad terram quam que
solis. sicut que solis ad terram. quam que
lune. non itaque longe alicubi a cen-
tro qui a sole iaciet radios
conus utique umbra terre que vocatur
nox erit aliquod astrum. sed nocte sole
omnia astra perspicere et multis ipso-
rum terram obsistere. Amplius
autem est etiam tercia suspicio de ipso.
Dicunt enim quidam lac esse re-
fractionem nostri visus ad solem: sicut
et stellam cometam. Impossibile
autem et hoc. Si quidem enim videns quies-
cerit et speculum. et quod videtur omne
in eodem signo speculi eadem ap-
parebit utique pars emphaseos. Si autem
moveatur speculum et quod videtur
in eadem quidem distancia ad vi-
dentes adinvicem autem inequaliter
et in eadem semper distancia im-
possibile eandem emphasim in eadem
esse parte speculi. que autem in lac-
teo circulo lata astra moventur.
et sol ad quem refractio: manenti-
bus nobis et similiter et equaliter ad
nos distancia: ab ipsis autem non equaliter.
Quandoque enim medius noctis
bis delfis oritur. aliquando autem diluculo par-
tes autem eedem manent in invicem
et quidem non oporteret si erat empha-
sis. si non in eis adhuc esse hec pas-
sio pluries. Adhuc autem nocte
in aqua et talibus speculis lac videtur

illucessit aspicientibus nisi
refringi ad solem quando prope.
Quando quidem in una planetarum
nullius, neque lune est non respectu
enim astrorum neque refractio: ex
his manifestum. fere autem hec solum
sunt que usque nunc tradita sunt
ab his aliis. Nos autem dicamus
resumentes suppositum nobis prin-
cipium. Datum est enim prius
quod extremum dicti aeris. potentiam
habet igitur ut motu disgregato
aere segregetur talis consistentia
qualem et cometas stellas esse di-
cimus. Tale utique oportet intelligere
factum quando quidem in illis enim non
ipsa per se fiunt talis segregatio
sed ab aliquo astrorum aut
fixorum aut erraticorum. tunc
enim hec videntur comete quia
assequuntur ipsorum lationem. quemadmodum
autem soli talis concretio: a qua
propter refractionem halo apparere dicimus
cum sic fuerit dispositus aer.
Quod utique secundum unum astrorum
accidit: hoc oportet accipere factum circa
totum celum et superiorem
lationem. omnem rationabile enim
si quidem unius astri motus et cir-
culi omnium facere aliquid tale et
accipere. et enim huius ad hunc sicut
quam locum creberrima et plura
et maxima existunt erratica as-
trorum. Quandoquidem alii
vero propter solis lationem et plane-

tarum dissolvunt talem consisten-
tiam propter quod quidem multi come-
tarum extra tropicos fiunt. adhuc
autem neque circa solem neque circa lu-
nam fit coma. citius enim dis-
gregant quam ut consistat talis
concretio. Iste autem circulus in
quo lac apparet aspicientibus
et maximus est existens et posi-
tus situs ut multum excedit tropi-
cos. excedat ad hoc autem locus plenus
est astris maximis et fulgidi-
ssimis et adhuc sporadicis vo-
catis. hoc autem est et oculis videre
manifestum. ut et propter hoc continue in hoc
hec omnis segregetur concre-
tio. Signum autem et enim ip-
sius circuli amplius lumine est
in altero semicirculo habente duplaciti-
onem. in hoc enim plura et crebri-
ora sunt astra. quam in altero: tam-
quam non propter alteram aliquam causam
factum claritate. quam propter astrorum
lationem. Si enim et in hoc circulo
fit in quo plurima ponuntur astro-
rum. et ipsius circuli in quo ma-
gis videtur spissa esse et magni-
tudine et multitudine astrorum
hanc similem existimare con-
venientissimam causam esse passi-
onis. Consideretur autem circulus
et que in ipso astra ex descriptione.
Sporadica autem vocata. sic quidem
inspicere non contingit ordinare: eo
nullam per finem habere manifestam

positionem manifestam. ad celum quidem respicientibus est palam. In toto enim hoc circulorum medie dia plena talibus astris sunt. In quidem deficiunt manifeste. Quare quidem siquidem et de assignato cometas acceptamus causam tamquam dicendum medietatem et de lacte eodem modo existimandum hec. Quod enim ibi circa unum est passio coma hic circa circulum. circulum quendam accidit sic fieri eandem et est lac ut est dicere velut distinctum maxime circuli propter segregationem coma propter quod circulationem prius diximus non multi nec sepe fiunt comete quia continue segregata est et segregatur semper in magnitudine propter tempus in hinc locum semper talis consistentia. De stellis quidem igitur in eo quod circa tempus mundi continuolationibus dictum est de discursu quidem astrorum et ignita flama. Adhuc autem de cometis et vocato lacte fere enim sunt tot passiones apparentes circa locum hunc. De loco autem ponente secundum hunc primo autem circa terram dicamus. iste enim locus communis aque et aeris et accidentium circa eam que sursum generationem et prius. Similiter autem et horum principium principia et causas omnium similiter. Que quidem igitur ut movens et principale et primum principiorum circulus est in quo manifeste solis latio disgregans et congregans in fieri propter aut longius aut generationis et corruptionis est. Manente autem terra quod circa ipsam humidum arridus et ab alia que desuper caliditate vaporans fertur sursum. Caliditate vero dimittente sursum relinquente et de hac eamdem dissipatam ad superiorem locum hac autem et extincta propter dissipationem longius in aerem qui super terram constat iterum vapor frigitatus et propter derelictionem caloris et propter locum et fit aqua ex aere facta autem iterum fertur ad terram. Est autem que quidem dem ex aqua exalatio vapor. que autem ex aere in aquam nubes. Caligo autem nebule decadentis que in aquam concretionis propter quod signum magis serenitatis quam aquarum. est enim quod caligo velut nebula sterilis. Fit autem circulus iste imitans solis circulum Simul enim ille ad plagas permutatur et iste sursum et deorsum. Oportet autem intelligere hunc fluvium fluentem circulum sursum et deorsum communem aeris et aque prope quidem enim existente sole vaporis sursum fluit flumen elogato autem aque deorsum et hec indesinens vult fieri secundum ordinem. Quare siquidem enigmatizabunt antiqui priores forte utique hunc dicebant celi fluentem circum

Eleuato autem humido semper propter ca
loris inutilitatem et iterum lato deorsum propter
infrigidationem ad terram propter nomina
passionibus imponuntur et quibus
dam differentiis ipsarum. Cum quidem e
nim secundum modica fiunt particulariter. Quando
autem secundum maiores pluuia uocatur. Ex
eo autem quod de die euaporat quantum
si non suspensum fuerit propter paucitatem
sursum ducentis ipsum ignis ad
eam que eleuatur aquam iterum deor
sum latum cum infrigidatum
fuerit nocte uocatur ros et pruina.
Pruina quidem cum uapor con
geletur prius quam in aquam con
uatur iterum; fit autem in hyeme et ma
gis in hyemalibus locis. Ros
autem cum decreuerit fuerit in aquam ua
por et neque sic fuerit estus ut exsic
cetur sursum ductum neque sic fri
gus ut congeletur uapor ipse. Propterea
quod aut locus calidior aut tempus
sit. Fit autem magis ros in temperie et
intemperatis locis; pruina autem
sicut dictum est contrarie. Palam enim
quod uapor calidior aqua. Habet enim e
leuantem adhuc ignem. Quare
amplioris frigiditatis ipsum co
agulare. Fiunt autem ambo sere
nitate et tranquillitate. Neque
enim eleuabuntur non existente sere
nitate neque constare poterunt uen
to flante. Signum autem quod fiunt
propterea quod non longe suspenditur
uapor. In montibus enim non fit

pruina. Causa autem una quidem quia
sursum ducitur ex cauis
et humectis locis. Quare uel
ut honus portans magis sursum
ducens caliditas sicut quam ipsam
non potest eleuare ipsum ad mul
tum locum altitudinis set prope di
mittit iterum. Alia autem quia et fluit
maxime aer fluens in altis qui
dissoluit consistenciam talem. Fit
autem ros ubique australibus non bor
ealibus preter quam in ponto. Ibi autem
contrarie borealibus quidem enim fit au
stralibus autem non fit. Causa autem
similiter sicut quia tempore quidem
fit hyeme autem non. Auster quidem ei
temperiem facit, boreas autem autem
hyemem. Frigidus enim. Quare
ex hyeme exalacionis extinguit
caliditatem. In ponto autem
auster quidem non sic facit tempri
em ut fiat uapor. Boreas autem propter
frigiditatem antiperistasim faci
ens calorem congregat. Quare
plus uaporat magis. Sepe autem
hoc et in exterioribus locis est uidere
factum. Uaporant enim putei
borealibus magis quam australibus;
set borealia quidem extinguunt an
tequam consistet aliqua multitudo. In
australibus autem sinitur congregari
exalatio. Ipsa autem aqua non con
gelatur quemadmodum in circa nubes
loco. Inde enim tria ueniunt corpora
consistencia propter infrigidationem: aqua

et nix. et grando. horum autem duo qui-
dem proportionaliter et propter easdem causas
fiunt hiis que inferius: differentia secundum ma-
gis et minus et multitudine et pau-
citate. nix enim et pruina idem
et pluvia et ros. sed hec quidem multa
hec autem paucum. pluvia quidem enim
ex multo vapore sic infrigidato.
hic autem et causa et locus multus et tempus
existens in quo colligitur et ex quo. paucum
autem ros. effimerus enim consistens
et locus parvus. manifestant autem
et generatio existens velox et parva mul-
titudo. Similiter autem et pruina
et nix. Cum enim congelatur nu-
bes nix est. Cum autem vapor pruina.
propter quod aut temporis aut regionis
signum est frigide. Non enim utique
congelaretur adhuc multa in existente
caliditate si non superhabundaret frigus.
In nube enim adhuc inest multum
calidum residuum ignis eius quod evapora-
re semper fecit ex terra humidum. Gran-
do autem ibi quidem fit. in propinquo autem
terre vaporante hec deficit. Quemadmodum
enim diximus ut quidem ibi nix: hic
fit pruina. ut autem ibi pluvia: hic ros
ut autem ibi grando. hic non contra-
respondet simile. Causa autem cum
dixerimus de grandine: erit manifes-
ta. Oportet autem accipere simul
et accidentia circa generationem ipsius
queque non seducentia et puta-
ta esse irrationabilia. Est quidem
enim grando cristallus. coagula-
tur autem aqua yeme. grandines
autem fiunt vere quidem et autumpno
maxime. Deinde autem et tempore fruc-
tuum. yeme autem raro et cum mi-
nus sunt frigus. Et universaliter autem
fiunt grandines quidem in temperatio-
ribus locis. nives autem in frigidioribus.
Inconveniens autem et congelari aquam
in eo quidem sursum loco. neque enim con-
gelatam esse possibile antequam facta sit
neque aquam nullo tempore possibile manere
elevatam existentem. At vero
neque quemadmodum persecudes sursum au-
tem incidentes propter parvitatem. In-
morantes autem in aere. sic et in aqua
terra. Et autem propter parvitatem
parvi sepe supernatant sic in aere
aqua. Convenientibus autem multis par-
vis magne deorsum feruntur per se
cadentes. Hoc enim non contingit fi-
eri in grandine. non enim coplantur con-
gelata quemadmodum humida. palam
igitur quia sursum tanta aqua manet
non enim utique congelata fuisset
tanta. Hiis quidem igitur videtur passio-
nis causa esse. hinc et generationis enim re-
pulsa fit nubes in frigidiorem locum
magis existentem fit. propter quod desi-
nunt ibi refractiones radiorum
a terra et veniens ibi aqua congla-
tur. propter quod in estate magis et in ca-
lidis regionibus fiunt grandines quoniam
ad plus calidum sursum pellit a
terra nubes. Accidit autem minime
altis minime fieri grandinem. quemadmodum

opterebat quam ad eum et inuenire in ... in altis maxime factam. Adhuc autem saepe uisae sunt nubes delatae cum sono multo secus ipsam terram ut terribile esset audientibus et uidentibus tamquam futuro aliquo maiori. Aliquando autem et sine sono talibus uisis nubibus grando fit multa et magnitudine incredibilis et figuris non rotunda propterea et non multo tempore fit latio ipsius tamquam prope terram facta congelatione, sed non sicut illi aiunt. At uero necessarium ab ea quae maxime causa congelationis est maximas fieri grandines. Cristallus enim grando, et hoc omnibus manifestum. Magnae autem sunt quae figuris non rotundae. Hoc autem signum est quod sit congelata prope terram. Latae enim de longe propter fieri longe deportatione fiunt figuris rotundae et magnitudines minores. Quod quidem igitur non expulsi in superiorem locum frigidum congelatio accidit palam. At uero uidemus quod fit antiperistasis calido et frigido inuicem. Propter quod in aestatibus frigida inferiora terrae et calida et gelu. Hoc oportet putare fieri et sursum in loco. Quare in calidioribus temporibus antiperistasim passum intus frigidum propter eam quae in circuitu caliditatem aliquando cito aquam ex nube facit. Propter quod et guttae multo maiores in calidis fiunt diebus quam in hyeme et aquae labrosae. Labrosae autem quando enim dicuntur cum subito simul tote. Magis subite autem propter celeritatem congulationis. Hoc autem fit ipsum contrarium quam ut Anaxagoras dicit. Hic quidem enim cum in frigidum aerem ascenderit ait hoc pati, nos autem cum in calidum descenderit et maxime cum maxime. Cum autem adhuc magis antiperistasim patiatur intus frigidum ab exteriori calido, aquam faciens congulavit et fit grando. Accidit autem hoc cum citius fuerit congulatio quam aquae latio deorsum. Si enim fertur quidem in tanto autem tempore frigiditas autem uehementius existens in minori congulavit, nihil prohibet eleuatam congelari, si congulatio citius in minori fiat tempore quam quae deorsum latio. Quanto utique propinquius et magis subito fiat congulatio et aquae latiores fiunt et guttae et grandines maiores propter breuem ferri. Aliquando non crebre guttae quae magnae cadunt propter eandem causam. Minus autem aestate quam uere et autumpno, magis tamen quam hyeme, quia siccior aer aestate. In uere autem adhuc humidus. In autumpno autem iam humectatur. Fiunt autem quandoque et aestate iam, quemadmodum dictum est. Et in machinatione fructuum grandines propter eandem causam. Confert autem adhuc ad celeritatem congulationis et prius calefieri

esse aquam. citius enim infrigidantur
propter quod et multi cum calidam fri-
gidare volunt, ad solem ponunt
primo et circa pontum cum in
glacie tabernacula faciunt ad piscium
venationem. venantur enim circum-
dantes glaciem aquam calidam eo
quod confundunt calamus propter ea quod
citius coagulatur. utuntur enim
glacie quasi plumbo ut quiescant
calami. calida autem fit cito con-
tinue aqua in regionibus et tempo-
ribus calidis. fiunt autem et circa arabi-
am et ethiopiam estate aque et
non hyeme et hee vehementes et
eadem die sepe propter eandem cau-
sam. Cito enim infrigidantur antiperi-
stasim que fit propter calidam esse regi-
onem valde. ¶ De pluvia quidem
igitur et rore et nive et pruina
et grandine propter quam causam fiunt et
que natura ipsorum est dicta sint tanta.

li. ii^us 12 De ventis autem et spiritibus V tal
adhuc autem de flumi-
nibus et mari dicamus. primo dubitantes
ad nos ipsos. sicut
enim et de aliis sic et de hiis
nichil accepimus dictum tale quod
non et quilibet diceret utique. ¶ Sunt
autem quidam qui aiunt ventum
aerem motum quendam et fluentem
ventum esse. Consistentem autem
eundem hunc iterum nubem et aquam
tamquam eandem naturam existente aqua et
spiritu et ventum existentem aerem
motum aeris. propter quod et eorum
quidam sapientes volunt dicere quod
unum aiunt esse ventum omnes
ventos. quia accidit et aerem motum
unum et eundem esse omnino, interim quidem aut
ad differre nichil differentem propter locum
unde utique extiterit fluens semper
similiter dicentes quemadmodum utique si quis
putet et fluvios omnes unum flu-
vium esse. propter quod melius multi dicunt si-
ne inquisitione sic dicentes. si quando
enim ex uno principio omnes fluunt
et ibi spiritus eodem modo forsitan
dicentes utique aliquid dicunt sic. si
autem similiter hic et ibi, palam quod hic
lene dictum erit utique mendacium.
Quam hic quod optimam habet con-
siderationem, quid est ventus et quomo-
do fit et quid movens et unde principium
ipsorum et primo utrum quemadmodum
ex vase oportet accipere fluentem ven-
tum. et usque adhuc fluere donec u-
tique evacuetur vas, velut ex utribus
emissum. aut quemadmodum pictores
pingunt ex ipsis principium emit-
tentes. ¶ Similiter autem et de generatione
fluminum videtur quibusdam hic.
Elevatam enim a sole aquam iterum pluvia
pluviam congregatam sub terra fluere ex
ventre magno aut omnes ex
uno aut alium ex alio. et non fieri
aquam nullam sed collectam ex
hyeme in talia suscipere susceptacula. hinc fieri multitudinem flu-
minum. propter quod et maiores semper

h' quid(em) valde. h' a' minus hor(um) ad
tum t(er)re. h' quid(em) est mollificabi
lia. h' a' exalabilia. et infrigi
tatõne facta. ad huc mirra talos
lapid' g(e)n(er)a. q̃cumq(ue) n(on) infrigi
tatõne. n(on) coagulabilia. sanguis
a' et genitu(m) (com)munia t(er)re (et) aque
et aeris. sanguis quid(em) hius mac
magis t(er)re p(ro)p(ter) q(uo)d frigore coa
gulat(ur) et humido liq(ue)scit non
hiis a' mas. aq(ue) p(ro)p(ter) q(uo)d. et non

coagulantur. genitura autem coa-
gulatur in frigidatione exeunte
humido cum calido. Quecumque autem calida
aut sunt coagulatorum aut siccorum
humidorum ex dictis horum constitutorum.
quecumque quidem ergo aque ut ad multum
sunt. si non alienam habeant caliditatem
velut lexivium. urina. quecumque autem terre.
ut ad multum calida propter calido
posita. velut calx et cinis. horum autem
aeris secundum magis frigidissima quecumque
est. Omnium enim siccum et humi-
dum. hec enim passiva. horum autem com-
maxime terra et aqua sunt. hec enim
frigiditate determinata sunt. palam
quod omnia corpora quecumque intrinsecus simpliciter
calida frigida magis sunt si non
habeant alienam caliditatem i.
velut ferviens aqua quod vero
colata et enim hec habent eam que
ex cinere caliditate. In omni-
bus enim ignitis est caliditas
aut amplior aut minor. propter
quod et in putrefactis alia
in nascuntur. Inest enim ca-
liditas que corrumpit propriam
unumquodque caliditatem. que
cum autem communia habent
caliditatem. Constant enim
plurima a caliditate que di-
gessit quedam autem putrefactio-
nes sunt velut sintecta. quecumque
humida autem secundum naturam
calida et sanguis et genitura
et medulla. et lac. et omnia
talia corrupta autem et egredi-

entia a natura non adhuc.
relinquitur enim ibi terra exiens
aut aqua propter quod ambo viden-
tur ambarum et huiusmodi quidem
in natura sunt calida. cum
autem separata sunt coagula-
ta. hec autem igitur sic tota-
liter indeterminatum est in quibus autem
de terra aqua secundum plurimum frigida. Op-
ponitur enim maxime hec igni. Quapropter
autem terre aut aeris calidiora. Accidit
autem aliquando hec fieri frigidissima et ca-
lidissima aliena caliditate.
Quecumque enim maxime co-
agulata sunt et solidiora sunt
hec sunt maxime si privantur ca-
liditate et ardent si ignitantur
velut aqua fumo. et lapis et aqua
urit magis. Quoniam autem de
hiis determinatum est secundum unumquodque
dicamus quid caro aut os aut
aliorum omiomeorum. Habemus enim
ex quibus omiomera non constitu-
it genera ipsorum et genus unumquodque
et per generationem ex elementis quidem
omiomera. ex hiis autem ut ex materia omnia
opera nature. sunt autem omnia ut quidem
ex ibi ex dictis. ut autem secundum substantiam
rationem. semper autem magis palam in
posterioribus et totaliter quecumque
velut organa et gratia huius. magis
palam quod cum mortuus homo
equivoce sic igitur et magis manus
mortui equivoce quemadmodum et
si fistule lapidee dicantur. videntur
enim et hec organa quedam int

ee muid a' in carne et osse talia
manifesta. Ab huc a' in igne
minus. Q enim e gratia minime ob-
servatur ubi plurimum non. Sicut
enim et si extrema accipiant
in autem medio aliud preter ipsam
facta a' medio aliud ... re. inerme
autem proportionaliter eo quod pre
sit minimaque anomiam et hoc
accidunt est gratia humus et non
omnibus modis palens aqua aut
ignis. Sicut in caro neque muscu-
lus autem adhuc magis. Fa-
cies et manus. Omnia autem
sunt ... opere ... eadem
enim possint facere ipsorum
opus uere sunt minimaque puta
oculus si uidet. Quod autem
non potest equiuoce puta mor-
tuus ut lapideus. Ita enim ser-
ra que lignea natura ut ymma-
go. Sic ergo caro sed opus ipsius
minus palam. Cinctumque lin-
gue. Similiter autem et ignis
Set adhuc forte minus ma-
nifestum uidetur quam carnis opus.
Similiter a' et que in plantis et in
animatis uelud es et argentum. Omnia
enim possunt quandam sunt aut faci-
endi aut patiendi. Sicut caro et
neruus. Set rationes ipsorum non
certe. Quando autem existunt tamen
non facile percipere nisi ualde ex-
positum sunt et figure. Ecce sunt
reliqua uelut antiquorum mortuorum
corpora subito cum sunt in sepulcris et
dimi-

nuti. Solum figura enim a' in mer-
ineritati ualde et ex lacte coa-
gulata. Tales autem ergo preter ca-
liditate et frigiditate et moti-
bus. Ab hiis contingit fieri coa-
gulatas calido et frigido. Di-
co a' homiomera. Velut
carnem os pilos neruum et ome-
enim talia. Omnia enim differunt pre-
dictis differentiis tentione tractione
comminutione duritie mollitie
et aliis talibus. Hec a' a calido et fri-
gido a motibus fiunt mixtis. Consti-
tuta a' ex hiis anomiomera uel-
lo uelut adhuc uidebuntur uelut
caput aut manus aut pes. Set
sicut et fieri es quidem aut argen-
tum cum frigiditatis et caliditatis et
motus fieri aut serram aut fi-
alam aut archam non. Ad hec est
hec quidem ars. Ibi a' primum alia a ca-
lido. Si ergo habemus que genus unum-
que omiomeriorum accipiendum enim u-
numquodque quidem est puta quid san-
guis aut caro aut sperma et
aliorum unumquodque. Sic enim scimus
unumquodque propter quid et quid est si m...
aut rationem habemus materie a' enim
ambo generationis et corruptionis et unde
principium motus manifestum huius. Similiter
omiomera consistunt et tandem ex hiis
constituta uelut hominem plantam
et alia talia.

Explicit liber meteorum Aristotelis

Bonorum honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera aut secundum certitudinem aut ex eo quod meliorum quidem et mirabiliorum est, propter utraque haec animae historiam rationabiliter utique in primis ponemus. Videtur autem et ad veritatem omnem cognitio ipsius multum proficere, maxime autem ad naturam; est enim tanquam principium animalium. Inquirimus autem considerare et cognoscere naturam ipsius et substantiam, postea quaecumque accidunt circa ipsam; quorum aliae videntur propriae passiones animae, aliae autem per ipsam communes et animalibus inesse. Omnino autem penitus difficillimorum est accipere aliquam fidem de ipsa. Cum enim sit quaestio communis multis aliis, dico autem ea quae circa substantiam et ea quae quid est, fortassis alicui videbitur una quaedam methodus esse de omnibus de quibus volumus cognoscere substantiam, sicut et eorum quae secundum accidens propriorum demonstratio; quare quaerendum utique erit methodum hanc. Si autem non est una quaedam et communis methodus de eo quod quid est, amplius difficilius fit negociari. Oportebit enim

circa

accipere in unoquoque quis modus. Si autem manifestum fuerit utrum demonstratio aliqua sit aut divisio aut etiam aliqua alia methodus, adhuc multas habet quaestiones et errores ex quibus oportet quaerere; alia enim aliorum principia, sicut numerorum et planorum.

dubitationes non sicut

2 Primum autem fortassis necesse est dividere in quo genere et quid sit, dico autem utrum hoc aliquid et substantia sit aut qualitas aut quantitas aut et aliquod aliud divisorum praedicamentorum. Adhuc autem utrum eorum quae sunt in potentia aut magis endelechia quaedam sit; differt enim non aliquid parvum. Considerandum autem et si partibilis, et utrum similis speciei omnis anima aut non; si autem non similis speciei, utrum specie differt aut genere.

sit aut in partibus

Nunc quidem enim dicentes et quaerentes de anima de humana solum intendere videntur.

3 Formidandum autem ut non lateat utrum una ratio ipsius est sicut animalis, aut secundum unumquodque altera, ut equi, canis, hominis, dei; animal autem universale aut nihil est aut posterius. Similiter autem et si aliquod commune aliud praedicetur. Amplius autem si non multae animae sed partes, utrum oportet quaerere prius totam animam aut partes. Difficile autem et harum determinare quales aptae natae sunt alterae ab invicem esse. Et utrum oportet quaerere prius aut opera ipsarum

partes

ut intellectiue aut intellectum et sen
tiue aut sensitiuum. similiter
et in aliis. Si autem opera prius. iterum
utique dubitabit aliquis si opposita
horum prius querendum sicut sen
sibile sensitiuo et intelligibile in
tellectiuo. Videtur autem non solum
quod quid est cognoscere utile esse
esse ad cognoscendum causas ac
cidencium substanciis sicut et in
mathematicis quid rectum et quid
obliquum et quid linea et pla
num ad cognoscendum quot
rectis trianguli anguli sunt e
quales. Sed e converso accidencia conferunt mag
nam partem ad cognoscendum
quod quid est. Cum enim habeamus
tradere secundum fantasiam de accidenti
bus aut omnibus aut pluribus
tunc et de substancia habebimus aliquid
dicere optime. Omnis enim demon
strationis principium est quod quid
est. Quare secundum quascumque diffiniciones
non contingit accidencia cogno
scere. sed nec ymaginari de ipsis
facile manifestum quoniam dialetice di
cte sunt et a[illegible] vane
omnes.

Dubitationem autem habent et pas
siones anime utrum sint
omnes communes et habentis an sit
aliqua et anime propria ipsius. hoc
enim accipere quidem necessarium est
non autem leve. Videtur autem
plurimorum quidem nullum sine
corpore pati neque facere ut irasci con

Confidere desiderare omnino senti
re. Maxime autem assimilatur proprio
intelligere. Si autem est et hoc fanta
sia quedam aut non sine fantasia
non contingeret utique neque hoc
sine corpore esse. Si quidem igitur est
aliquid anime operum aut
passionum proprium contingeret u
tique ipsam separari. Si vero nullum
est proprium ipsius non erit utique
separabilis. Sed sicut recto inquantum
rectum multa accidunt ut
tangere eneam speram secundum punctum
non tamen tanget. ab hoc separatum
rectum inseparabile enim. Si
quidem semper cum quodam
corpore est. Videntur autem et anime
passiones omnes esse cum corpore ut
ira mansuetudo timor misericordia
confidencia adhuc gaudium
et amare et odire. simul enim
his patitur aliquid corpus.
Indicat autem hoc aliquando quidem fortibus
tem et manifestis passionibus
accidentibus nichil exacerbari aut
timere. Aliquando autem a paruis et debi
libus moueri cum turgescat corpus
et sic se habeat sicut cum irascitur.
Adhuc autem magis hoc mani
festum nullo enim terribili
imminente in passionibus fiunt
hiis que timentis. Si autem sic
habet manifestum quod passiones rationes
in materia sunt. quare et termini tales ut irasci
motus quidam talis corporis aut
partis aut potencie ab hoc et gratia huius et

propter hec quidem iam physici est conside-
rare de anima aut omni aut huius-
8\. Differenter autem diffinient physicus
et dialecticus unumquodque ipsorum
ut iram quid est. Hic quidem
enim appetitum recontristatio-
nis aut aliquid huiusmodi, ille autem
fervorem sanguinis aut ca-
lidi circa cor. Horum autem alius
quidem assignat materiam, alius vero
speciem et rationem. Ratio quidem enim
hec species rei. Necesse est autem hanc
esse in materia huiusmodi si erit. Sicut domus
ratio quidem talis: quoniam [illegible] coop-
imentum prohibens corrup-
tiones a ventis et ymbribus et cauma-
tibus. Hic autem dicit lapides et la-
teres et ligna. Alius vero in hiis e-
9\. speciem propter ista. Quis igitur illorum physicus?
utrum qui est circa materiam, rationem autem
ignorans, aut qui est circa rationem
solum, aut magis qui ex utrisque?
Illorum autem unusquisque quis? Aut non
est aliquis qui circa passiones
materie non separabiles neque in quantum
separabiles, sed physicus circa omnes
quecumque talis corporis et huiusmodi materie
opera et passiones sunt; que vero non ta-
lia, alius; aut non huiusmodi alius; et
de quibusdam quidem artifex est
si contingat, ut instructor
aut medicus; eorum vero non separabilium
quidem, in quantum vero non talis cor-
poris passiones et ex abstractione,
mathematicus; in quantum vero separata, pri-
mus philosophus. Sed redeundum

est unde sermo. Dicebamus
autem quod passiones anime non se-
parabiles a physica materia animalium in
quantum existunt furor et ti- tales
mor, et non sicut linea et pla-
num. Intendentes autem
de anima necesse est simul du-
bitantes de quibus hesitare oportet
pertranseuntes priorum opinio-
nes complectentes quecumque
aliquid de ipsa enuntiaverunt,
ut bene quidem dicta accipiamus,
si vero aliqua non bene, hec vere-
amur.

Principium autem questionis ap-
ponere que maxime videntur
ipsi inesse secundum naturam. Animatum
igitur ab inanimato in duobus
maxime differre videtur, motu
et sensu. Accipimus igitur
et a progenitoribus fere duo hec
de anima. Dicunt enim quidam
et maxime et primo esse
animam esse id quod est movens.
Existimantes autem quod non mo-
tum non contingere move-
re alterum, eorum que moventur a-
liquid animam sic arbitrati
sunt esse. Unde Democritus qui-
dem ignem quendam aut calo-
rem dicit esse ipsam. Infinitis
enim existentibus figuris et athomis
que speciei rotunde ignem et
animam dicit, et in aere [illegible]
que vocantur decisiones que
videntur per radios in [illegible]

omne semen elementa dicit Democ-
ritus totius nature. Similiter autem et
Leucippus horum autem sphaerica animam
propter quod maxime possunt per
omne penetrare huiusmodi figure et movere
reliqua cum moveantur et ipsi.
Arbitrantes animam esse efficientem
animalibus motum. Unde et vi-
vendi terminum esse respirationem.
Constringente enim eo quod continget
et extrudente figuras que praeben-
tes animalibus motum ex eo quod
non est ipsas quiescere nullatenus
auxilium fieri deforis ingredi-
entibus aliis huiusmodi in respirando.
Prohibet enim has et que in-
sunt animalibus disgregari simul
prohibentes constringenti et
comprimenti. Et vivere autem a-
nimam dum possunt hoc facere.
Videtur autem et a Py-
thagoricis dictum eandem habere intel-
ligentiam. Dixerunt enim quidam
ipsorum animam esse que sunt
in aere decisiones. Alii autem
has moventem. De his autem
dictum est propterea quod continue vi-
dentur moveri et si sit tranquilli-
tas omnino. Ad idem autem fer-
untur et quicumque dicunt animam
esse quod seipsum movet. Viden-
tur autem hii omnes existimasse
motum maxime proprium esse
anime et alia quidem omnia
moveri propter animam ipsam autem a seip-
sa eo quod nihil videmus movens quod non

et ipsum moveatur. Similiter
autem et Anaxagoras animam di-
cit esse moventem et si aliquis alius
dixit quod omne movet intellectus. Ve-
rumtamen non tamen penitus sicut Democ-
ritus. Ille quidem enim dicit sim-
pliciter idem esse animam et intellectum.
Verum enim esse quod videtur. Unde
bene facere Homerum quod Hector
iacet alium sapiens. Non itaque
utitur intellectu tamquam potentia quadam
que est circa veritatem. Sed idem
dicit animam et intellectum. Anaxa-
goras minus certificat de ipsis.
Multotiens autem enim causam
eius quidem bene et recte dicit
intellectum. Alibi autem intellectum hunc
esse animam. In omnibus enim ip-
sum et honorabilibus et inho-
norabilibus non videtur autem secundum
prudentiam dictus intellectus om-
nibus inesse similiter animalibus. Sed
nec hominibus omnibus.
Quicumque quidem igitur in mo-
veri animatum aspexerunt hii
quidem maxime motivum opina-
ti sunt animam esse. Quicumque autem
ad cognoscere et sentire eorum que
sunt. Isti dicunt animam princi-
pia. Alii quidem plura facientes hec.
Alii vero unum hoc sicut Empedo-
cles quidem ex elementis omnibus esse
autem et unumquodque horum animam di-
cens sic terram quidem terra cogno-
scimus ethere autem ethera. Aquam autem
aqua. Sed igne ignem. Inanem e-

concordia autem concordiam discor-
diam discordia. Eodem autem modo
et Plato in Tymeo animam facit
ex elementis. cognosci enim simile simi-
li res autem ex principiis esse. Similiter autem
et in hiis que sunt de philosophia deter-
minatum est ipsum quidem animal ex
ipsa unius ydea et ex prima lon-
gitudine. latitudine. et altitu-
dine. alia autem similiter modo. Ad-
huc et aliter intellectum quidem unum sci-
enciam autem duo singulariter enim
ad unum. planum autem numerum opinionem
sensum vero eum qui solidi. numeri quidem
enim species et principia entium dicebantur
sunt autem ex elementis. Iudicantur autem
res alie quidem intellectu alie vero sciencia
alie autem opinione opinione. alie vero sen-
su. species autem numeri hii rerum. Quoniam
autem et motivum videbatur anima esse
et cognoscitivum sic quidam comple-
xi sunt ex utrisque enunciantes a-
nimam esse numerum moventem se ip-
sum. Differunt autem de principiis que
et quot maxime quidem corpora
facientes incorporeis. hiis autem mis-
centes ab utrisque principia enuncian-
tes. Differunt autem et de multi-
tudine. hii quidem enim unum.
illi vero plura dicunt. consequenter autem hiis
et animam assignant motivum enim
secundum naturam priorum existimaverunt
non irracionabiliter. unde quibusdam
visum est ignem esse. et enim
hic in partibus subtilissimus est et maxime
elementorum incorporeum. Adhuc autem
movetur et movet alia primo. De-
mocritus autem subtilius dixit enim
enuncians utrumque horum animam enim
idem et intellectum item. istud autem
esse primorum indivisibilium corporum.
motivum autem propter subtilitatem figurarum
et figurarum autem levem nobilissimam.
speram dicit huius autem esse intellectum
et ignem. Anaxagoras autem videtur
quidem alterum dicere animam et intellec-
tum. sicut diximus prius utitur autem
utrisque sicut una nisi quod principium intellectum
ponit principium maxime om-
nium solum enim dicit ipsum entium
que sunt simplicem esse et immixtum
et purum. assignat autem utraque ei-
dem principio cognoscere animam et
movere dicens intellectum movere omne.
Videtur autem et Tales ex quibus remi-
niscuntur in motivum aliquid animam
opinari. Siquidem dixit lapi-
dem animam habere quoniam ferrum movet.
Dyogenes autem sicut
et alii quidam aerem hunc opina-
tus omnium subtilissimum esse et prin-
cipium et propter hoc cognoscere
et movere animam secundum quod quidem
primum est et ex hoc reliqua cognoscere
secundum vero quod subtilissimum est motivum
esse. Eraclitus autem principium
esse dicit siquidem vaporem ex
quo alia constituit. et incorpora-
lissimum autem et fluens semper. Quod vero
motu moto cognosci. In motu
autem esse que sunt et ille arbitratur et
multi. Similiter autem hiis et

et Alcmeon opinari videtur et
de anima dicit enim ipsam in
mortalem esse propter hoc quod assimila
tur inmortalibus hoc autem inesse ipsi
tamquam in moveri semper moveri enim
et divina omnia continue semper
lunam, solem, astra et totum
celum magis autem vulgarium et gros
siorum enuntiaverunt ut Ypon
propter studium enim sunt isti ergo
interiora quidem omnium humidi semi
nam arguunt sanguinem dicentes
animam quidem genitura non est
sanguis hanc autem esse primam ani
mam. alii autem sanguinem sicut Cricias
sentire ipsum sentire anime ma
xime proprium opinantes. hoc autem
inesse propter naturam sanguinis. omnia
enim elementa preter terram iudicem
acceperunt. hanc enim nulli
protulerunt nisi si aliquis dixit
ipsam esse ex omnibus elementis aut omnia.
12 Diffiniunt autem omnes animam
tribus ut est dicere. an
imam motu sensu incorpo
reitate. unumquodque horum reducitur
ad principia. unde et cognoscendo
diffinientes ipsam aut elementum aut
ex elementis faciunt dicentes similiter
invicem preter unum dicit enim simile
cognosci simili. quoniam enim anima
omnia cognoscit constituunt
eam ex omnibus principiis. Quicum
que igitur unam aliquam dicunt cau
sam et elementum unum et animam unum po
nunt ut ignem aut aerem. pla

cito dicentes principium et animam plura dicunt
Anaxagoras autem solus impassibilem
dicit intellectum et commune nichil nulli
aliorum habere. huiusmodi autem cum sit quo
modo cognoscet et propter quam causam
nec ille dixit nec ex hiis que dicta
sunt conspicuum est. Quicum
que autem contrarietates faciunt in
principiis et animam ex contrariis con
stituunt. Qui vero alterum contrario
rum calidum aut frigidum aut aliquid
huiusmodi aliquod. similiter et animam alte
rum aliquid horum ponunt. unde
et nominibus consequuntur. qui quidem
calidum dicentes animam propter hoc et vi
vere nominatum esse. qui autem frigidum pro
pter respirationem et refrigerationem
vocari animam. tradita quidem igitur
de anima et propter quas causas dicunt sic
hec sunt.
13 Considerandum autem primum quidem
de motu. fortassis enim non
solum falsum est substantiam ipsius hu
ius talem esse qualem dicentes animam
esse quod est se ipsum moveus aut
possibile movere sed unum quoddam im
possibilium inesse ipsi motum.
Quoniam igitur non necesse sit mo
vens et ipsum moveri. prius dictum
est dupliciter enim movetur omne. aut
enim secundum alterum. aut secundum se ipsum.
secundum alterum dicimus quecumque mo
ventur ex esse in eo quod movetur ut
nauta non enim similiter moventur
navi. hec quidem enim secundum se ipsum
movetur. ille autem ex esse in eo quod movetur

manifestum autem in partibus est per se quoniam
enim est motus pedis ambulatio. hec
autem et hominis est. non inest autem nau
tis tunc. Cum dupliciter autem dicto
moveri nunc intendimus de anima
si per se ipsam movetur et participat
motu. Quatuor autem motibus cum
sint loci mutationis alterationis
augmenti et decrementi aut secundum
unum horum movebitur aut secundum
plures aut omnes. Si vero movetur non
secundum accidens inerit motus ipsi. si
autem hoc et locus. omnes enim dicti mo
tus in loco sunt. Si autem est substantia ani
me movere se ipsam non secundum ac
cidens moveri ipsi inerit sicut al
bo et tricubito. moventur enim
et hec sed secundum accidens. cui enim insunt
movetur id corpus. unde non est locus
ipsorum. anime autem est siquidem natura parti
cipat. Amplius autem si natura mo
vetur et violentia movetur. et si violen
tia et natura. eodem autem modo se habet de quie
te. In quod enim movetur natura et qui
escit nisi natura. In quod autem viole
ntia quiescit nisi violentia. Quales
autem violenti motus anime erunt
et quietes neque fingere volentibus
facile erit reddere. Am
plius autem si quidem sursum movebitur
ignis erit. si vero deorsum terra.
horum enim corporum motus hii. Ea
dem autem ratio et de mediis. Quo
niam autem videtur movere corpus
rationabile est hiis movere motibus
quibus et ipsa movetur. Si autem hoc et hec

existentibus dicere verum. quod secundum quem
corpus movetur hec et ipsa. corpus
autem movetur secundum loci mutationem. quare
et ipsa anima mutabitur secundum corpus
aut totum aut secundum partes transmutata.
Si autem hoc contingit. et
exeuntem iterum ingredi. ad hec
autem sequetur resurgere mortua
animalia. Motum autem per accidens
si ab alio moveatur. depelletur
enim utique violentia animal. non oportet
autem cui assumptum movere inest ab
alio moveri nisi secundum accidens. sic
ut quod secundum se bonum. aut
propter se ipsum. hoc quidem propter aliud esse
hoc autem alterius causa. animam autem
maxime dicet aliquis utique
a sensibilibus moveri. siquidem movea
tur. At vero et si movet ipsa se ipsam
et ipsa movebitur utique. Qua
re autem omnis motus excessio est
eius quod movetur et anima ex
ibit utique a substantia ipsius secundum se
ipsam nisi secundum accidens se ipsam
moveat. sed est motus substantie ipsius secundum se.
Quidam autem et movere per se
animam dicunt corpus in quo est
sicut ipsa movetur ut democritus simili
dicens philippo comediarum
didascalo. ait enim dedalum
mobilem fecisse ligneam veneri
nam effundentem argentum fusi
le. Similiter autem et democritus dicit. mo
biles enim inquit indivisibiles speras
propter id quod apte nate sunt nus
quam manere attrahere et movere cor

Omnino nos autem interrogabimus
si et quiescere facit hec eadem. Quo-
modo autem faciet difficile aut im-
possibile dicere. Omnino autem non sicut
anima movere aliquid, sed per voluntatem quan-
dam et intelligentiam. Eodem autem modo
et thymeo phisiologizat animam
movere corpus. In eo enim quod e
movetur ipsam et corpus movere. Prop-
ter id quod complexa est ad ipsum
constitutam enim ex elementis et dis
partitam secundum armonicos numeros quati-
nus connaturalem sensum armonie
habeat et ut omne feratur secundum con-
venientes motus, aspectum rec-
tum in circulos reflexit et di-
videns ex uno in duos circulos dupliciter
ordinatos. Iterum unum divisit
in septem circulos tamquam existentes
celi motus anime motus.

Primum quidem igitur quod non bene di-
cere animam magnitudinem
esse. Eam enim quam omnis talem esse
vult, aliquid est aliud vocatus intel-
lectus. Non enim velut sen-
sitiva est neque desiderativa. Horum enim
motus non circulatio est. Intellec-
tus autem unus et continuus est sicut
et intellectiva. Intellectiva autem
intellectualia. Hec autem eo quod consequenter
unum sicut numerus, sed non sicut magni-
tudo. Propter quod neque intellectus
sic continuus, sed aut impartibilis,
aut non sicut magnitudo aliqua
continuitas. Quomodo enim intelliget et
magnitudo cum sit quecumque aliqua
partium ipsius parte, aut secundum
magnitudinem, aut secundum punc-
tum. Si oportet et hec parte dicere. Si quidem
igitur secundum punctum hec autem
infinita, manifestum est quod nequaquam
pertransibit. Si vero secundum magnitu-
dinem, multotiens et infini-
ties intelliget idem. Videtur autem
et semel contingens. Si autem sufficiens
aliqua partium tangere, quid oportet cir-
culatione moveri aut et omnino
magnitudinem habere. Si autem
necesse intelligere toto circulo tan-
gentem, quis est partibus tactus.
Amplius quomodo intelliget
partibile impartibile, aut imp-
artibile partibili. Necesse autem intelle-
ctum esse circulum hunc. Intelle-
ctus autem enim motus, intel-
lectiva, circuli autem circula-
tio. Si igitur intellectiva circulatio et
intellectus utique utique erit cir-
culus cuius huiusmodi circulatio intellectiva.
Aliquid intelliget. Oportet enim
perpetua circulatio. Practicorum au-
tem enim intellectuum termini
sunt. Omnes enim alterius causa.
Speculative autem rationibus terminan-
tur similiter. Ratio autem omnis diffinitio
est aut demonstratio. Demonstrationes vero
a principio et habent quodammodo fi-
nem sillogismum aut conclusionem. Si autem non
concludunt, sed non reflectuntur
iterum in principium accipientes
semper medium et extremita-
tem recte procedunt. Si circulatio

item in pncipium reflectit dif
finitiones q omnes finite sunt.
Amplius q si eadem circulatio intel
lectiens est oportebit intellige id.
Ad huc q intellia assimilia
tur cuidam quieti et statui i
magis quam motui. Eodem modo
et sills. At vero in beatum
q no facile sed violentum. si
q est motus ipsius no substantia. ex
tra natura utiq movebitur laboriosu
est q commisceri corpori nec posse
absolvi. et ad huc fugiendum si
quidem melius est intellectum no
cum corpore esse. quemadmodum et con
suetum est dici. et multis in
immanifesta q et circulatio fieri
celum causa. neq enim anime substantia est
circulariter ferri. sed secundum accidens sic
movetur. neq corpus causa sed anima
magis illi. At vero neq quia
melius dicitur et oportebit propter
hec facere circulariter ferri autem
anima digniusq sit ipsum movere
quam manere. movere q sic quam aliter.
Omnium q huiusmodi inten
tio est altius rationibus magis propria
hanc autem dimittimus nunc.
Illud q inconveniens accidit
et huic rationi et pluribus que
de anima copulant enim et
ponunt in corpus animam nichil
determinantes propter quam causam et
quomodo habente corpore et tamen
aliquid. hec q putatur et hec
quidem movet. Illud q movetur
horum q nichil nec adinvicem
ambarum hii q solum cona
tur dicere quale quid sit anima
De suscepturo q corpore nichil
ad huc determinant tamquam con
tingens sit secundum pythagoricas
fabulas quamlibet animam quod
libet corpus ingredi. Simi
le itaque aliquid dicunt sicut
aliquis dicit tectonicam in
fistulas ingredi. oportet enim artem
quidem uti organis. animam
q in corpore. videtur enim u
numquodque propriam habere speciem et formam.
Alia q opinio quedam tra
dita est de anima cre
dibilis autem multis et ne
nulla minus hiis que dicte sunt
rationes autem tamquam Et direc
tiva prebens et in communibus fac
tis rationibus armoniam enim quam
dam dicunt et enim armoniam
temperamentum et compositionem con
trariorum esse et corpus com
poni ex contrariis. Et autem armo
nia quedam ratio compositorum est
aut compositio animam q neutrum
possibile est esse horum. Amplius
q movere no est armonie anima q
et tribuunt hec omnes. Congruit
autem no est armonie animo q
q magis de sanitate dicere ar
moniam et omnino de corporis
virtutibus quam de anima. ma
nifestum q si aliquis temptaverit
reddere passiones et opera anime

armonia quandam difficile enim
assignare. Amplius autem magis congruit dici-
mus armoniam in duo respici-
entes maxime quidem primum in his quae
magnitudinem habentibus motum
et positionem compositionem ipsorum. cum
sic conveniant ut nullum conge-
nerum permittant. hinc autem et
eorum quae miscentur rationem. neu-
tro quidem igitur modo rationale. Com-
positio autem partium corporis. mul-
tum investigabilis. multe enim
compositiones partium et multipliciter
sunt. Quamvis igitur et quomodo congru-
it accipere intellectum compositionem
esse aut sensitivum aut sensitivum
et appetitivum. Similiter autem
et inconveniens et rationem mixtionis
esse animam. Non enim
eandem habet rationem commixtio elementorum
secundum quam caro quam secundum quam os. accidet
igitur multas animas habere et secundum
omne corpus. siquidem omnia
ex elementis commixtis sunt. com-
mixtionis autem ratio armonia et
anima. Investigabit autem hoc
autem utique aliquis ab Empedocle. Unum-
quodque enim horum ratione
quandam dicit esse. utrum igitur ratio
anima est aut magis altera
aliquod cum sit in partibus fit.
Amplius autem utrum concordi-
a causa cuiuslibet mixtionis est. aut
enim est quae secundum rationem. et haec
utrum ratio est aut alterum aliquid
praeter rationem haec quidem igitur habent huius-

disputationes. Si vero altera a
mixtione anima est. quomodo igitur
simul carni esse interimitur et
aliis partibus animalis. Ad hoc
autem si quidem non unaquaeque partium habet
animam. si vero est anima ratio
compositionis quae est? propter quod
corrumpitur anima deficie-
nte. Quod quidem igitur neque armo-
niam possibile esse animam
neque circulariter moveri manifestum est
ex dictis. Secundum accidens autem moveri
sicut diximus est et movere
se ipsam ut moveri quo in quo
est. hoc autem moveri ab anima. ali-
ter autem non est possibile moveri
secundum locum ipsam.
16 Rationabilius autem dubitabit
utique aliquis de ipsa tamquam
de quae movetur in huiusmodi
dicimus enim animam tristari gaudere
confidere timere. amplius autem irasci et sen-
tire et intelligere. haec autem omnia
motus esse videntur. unde opina-
bitur aliquis ipsam moveri. hoc
autem non est necesse. si enim et maxime
tristari gaudere aut dolere. aut
intelligere motus sunt et unumquodque
moveri. aliquid moveri autem est ab
anima. puta aut irasci aut timere quod cor
quodam modo movetur. Intelligere
autem huiusmodi forsitan alterum
aliquid. haec autem accidunt horum autem acci-
dunt alia quidem secundum loci mutati-
onem quorundam motorum. a-
lia vero secundum alterationem. qualia autem et quo

altius rationis est. Dicere autem irasci
animam, simile est et si aliquis
dicat eam texere vel edificare.
Melius autem fortassis est non di-
cere animam misereri aut addi-
scere aut intelligere, sed hominem
anima. Hoc autem non tanquam motu
in illa, sed aliquando quidem usque ad il-
lam, aliquando autem ab illa, ut sensus
quidem ab hiis, reminiscentia autem ab
illa ad motus cum sint in
sensibilibus organis aut quie-
tes. Intellectus autem videtur inesse
substantia quedam existens et non corrum-
pi. Maxime enim corrumperetur
utique ab ea que est in senectute de-
bilitatis. Nunc autem forte quem-
admodum in sensitivis accidit. Si
enim accipiat senior oculum in,
videbit iuvenem. Unde sicut
et iuvenis. Quare senium non est
in subiciendo aliquid animam
sed in quo, sicut in ebrietatibus
et infirmitatibus. Intelligere autem et con-
siderare marcescunt, alio quo-
dam interius corrupto. Ipsum autem
impassibile est. Intelligere autem aut
amare et odire non sunt illius
passiones, sed huius habentis il-
lud secundum quod illud habet. Quare
et hoc corrupto neque memoratur
neque amat. Non enim illius er-
at, sed communis quod quidem destruc-
tum est. Intellectus autem
fortassis divinum aliquid et
impassibile est. Moveri autem animam

manifestum ex hiis. Si autem penitus non mo-
vetur, manifestum quoniam neque
a seipsa.

Ultimum autem hiis que dic-
ta sunt irrationabilius dicere
animam primo quidem ex ipso in
moveri accidentia propria et ex eo quod
dicunt ipsam esse numerum. Quomodo
enim oportet intelligere unitatem mo-
tam et a quo et quomodo impartibilem
et indifferentem existentem. Si
namque est motiva et mobilis,
differre debet. Amplius au-
tem qui dicunt lineam motam
planum esse, punctum autem
lineam et unitatum motus
linee erunt. Punctum autem
lineam enim unitas est positionem
habens. Numerus autem anime autem
iam alicubi est et positionem habet.
Amplius autem a numero si auf-
ferat aliquis numerum aut uni-
tatem, relinquitur alius numerus.
Plante autem et animalium multa
divisa vivunt et videntur hec
animam specie. Videbitur
autem utique nichil differre uni-
tates aut corpora parva. Et
namque ex Democriti speris si fi-
ant puncta, solum autem ma-
neat quantitas, erit aliquid
in ipso hoc quidem movens, illud autem
quod movetur, sicut et in con-
tinuo. Non enim propter quod
est magnitudine differre ac-
cidit quod dictum est, sed

Liqua quantum. unde necesse est ali-
quid esse motivum unitatum. si
autem in aliquo quod movetur animal et
in numero. Quare non movetur
et quod movetur est anima. sed mo-
vens solum. Contingit autem
quodammodo hanc unitatem esse.
Oportet enim ipsi inesse quandam dif-
ferenciam ad alias puncti.
autem solitarii unitatis differentia est
nisi positionem. si igitur sunt alterius
corporis unitates et puncta. in e-
odem erunt unitates. obtine-
bit enim puncti et tamen quid pro-
hibet in eodem esse. si duae sunt
et infinitas. quorum et locus
indivisibilis est et ipsa. si autem in cor-
pore puncta numerus animae ut
si quidem corporum quae in corpore pun-
ctorum numerus anima. Quare
non anima omnia habent animam
corpora. puncta enim in omnibus
inesse et infinita. Amplius autem
quomodo possibile est separari puncta
et absolvi et a corporibus. si quidem
non dividuntur lineae in puncta
accidit autem sicut diximus. sic quidem
tem sic diximus. sic quidem
idem dicere. corpus quoddam sub-
tilium partium ponentibus. sic
autem sic democritus moveri dicit
ab anima ipsum in commun-
ens. si quidem enim est anima
in omni eo quod sentit corpore
necesse est in eodem duo esse corpora
si corpus aliquod anima. nu-
meri autem dicentibus: in uno puncto
puncta multa et omne corpus
animam habere. nisi quidam numerus
differens fiat et alius ab his
in corpore punctorum. accidit
animal moveri a numero sicut et
democritum diximus ipsum mo-
vere. Quod enim differt di-
cere speras parvas aut unitates
magnas. aut non unitates fer-
ri. utrobique enim necesse est movere
animal in eo quod moventur ip-
se. Complectentibus igitur in
unum motum et numerum. haec quidem
tem accidunt et multa alia
huiusmodi. non enim solum distin-
ctionem animae impossibile huius-
modi esse et accidens. manifestum est
autem si quis arguat ut
ex ratione hac passiones et opera
animae reddere et cogitationes
sensus letitias tristitias et quae-
cumque alia huiusmodi sicut
diximus prius. nec divinare fa-
cile est ipsis.

18 Tribus autem modis traditis
secundum quos diffiniunt a-
nimam: alii quidem maxime
motivum enunciaverunt in ma-
vendo se ipsum. alii autem corpus
subtilissimum. aut in corpora-
lissimum aliorum. haec autem
dubitationes et contrarietates
praetermissimus fere relinquimus. Re-
stat considerare quam dicitur ex elementis
ipsam esse. dicunt enim quatenus

[S]ciencia ea que sunt et unumquodque co-
gnoscet. Necesse autem est accidere multa
et impossibilia. Ponunt enim
cognoscere simile simili tamquam
ac si animam res ponentes. Non
sunt autem hec sola, multa vero et alia
magis autem forte infinita numero
que sunt ex hiis. Ex quibus quidem
igitur est unumquodque horum cognoscere
animam et sentire. Sed compositum
non cognoscet neque senciet, ut quid
tem deus aut homo aut caro
aut os. Similiter autem quodlibet
aliud compositorum. Non enim quo-
libet modo se habencia elementa ho-
rum unumquodque, sed ratione quadam et
compositione, quemadmodum dicit Empedocles
os. Et terra adamabilis et late apta-
tis complicationibus duas et
octo partibus sortitum est partium
luminis. Quatuor autem igni os
et lumine compacta in amplis dif-
fusionibus. Duas ex octo partium
sortitum est. Quatuor vulcano
ossa autem alba facta sunt. Nichil igitur
proficit esse elementa in anima
nisi et rationes inerunt et compositio.
Cognoscet enim unumquodque si-
mile. Os autem os aut hominem
nisi nichil in hoc inerunt. Talia
lapis aut homo. Similiter autem et
bonum. Hoc autem quod impossibile sit nichil
oportet dicere. Quis enim dubitabit
si inerit in anima lapis aut
homo. Similiter autem et bonum et
non bonum. Eodem modo et de
aliis. Amplius autem multipliciter di-
citur id quod est. Significat enim
aliud quidem hoc aliquid, aliud
autem quantitatem aut qualitatem aut
et quam aliquid divisarum predica-
mentorum. Utrum ex omnibus erit
anima aut non. Sed inter omnia
omnia esse elementa. Sed igitur quecumque
substanciarum sunt ex hiis solum. Quomodo
igitur cognoscet et aliorum unumque-
que? Aut dicent unumquodque genus
esse elementa et principia propria ex quibus
animam constare erit. Igitur qualitas
et quantitas et substancia. Sed impossibile est
ex quantitatis elementis substanciam esse et
non quantitatem. Dicentibus
itaque ex omnibus hec et huiusmodi
alia accidunt. Inconveni-
ens et dicere quod impossibile esse simile
a simili sentire, autem simile et co-
gnoscere simile simili. Sentire autem
pati aliquid et facere et movere
ponunt. Similiter autem et cognoscere
et intelligere. Multas autem dubitatio-
nes et difficultates habente ipso
dicere sicut Empedocles, quod corporeis
elementis singula cognoscuntur et
ad eum corporibus simpliciter terre ut
ossa, nervi, pili nichil sentire in-
tencionibus. Quare nec similia s-
ti conveniet. Amplius autem
unicuique principiorum ignor-
ancia plus quam scientia existet. Co-
gnoscet enim unumquodque
autem ignorabit omnia enim alia.
Accidet autem et Empedocli insipien-
tissimum

esse deum solus enim elementorum unum
non cognosceret discordiam. mor
talia autem omnia ex omnibus enim u
19 numquodque est. Omnino autem propter quam causam
non omnia habent animam quoniam sunt omnia
omne autem elementum aut ex elemento aut u
no aut pluribus aut omnibus. necesse
enim est unum aliquod cognoscere
aut quedam aut omnia. Du
bitabit autem utique aliquis et quid
est unum faciens ipsa. materie enim
comparantur elementa maxime enim principale
est illud continens quodcumque est
anima autem aliquid melius esse et
antiquius impossibile est. impossibilius
adhuc intellectu. rationabilissi
mum enim esse hunc nobilissi
mum et divinum secundum naturam. elementa autem
dicunt esse prima entium. Omnes
autem et qui ex eo quod sentit et co
gnoscit animam quoniam sunt ex elementis
dicunt ipsam et qui maxime
motivum non de omni dicunt
anima. neque enim sensitiva omnia
motiva. videntur enim esse quedam
animalium immobilia secundum locum
et tamen videtur hoc solo motu
movere anima animal. Similiter autem
et quecumque intellectum et sensitivum
ex elementis faciunt. videntur
enim plante vivere non par
ticipantes loci mutatione neque
sensu. et animalium multa intellectum
non habere. Sic autem aliquis et
hoc segregaverit ponit intel
lectum partem aliquam anime

similiter autem et sensitivum neque sic
dicent de omni anima neque de to
ta vel una. hec autem sustinuit et
que in orphicis vocatis carminibus
ratio. dicit enim animam ex toto in
gredi respirantibus que fertur a ven
tis. non possibile itaque plantis hoc ac
cidere neque animalium quibusdam. si
quidem non omnia respirant. hoc
autem latuit sic opinantes. si vero
ex elementis animam facere oportet ex omnibus
sufficiens est enim altera pars
contrarietatis se ipsam diiudicare et
oppositum. recto enim et ipsum
et obliquum cognoscimus. iudex
enim utrorumque canon est rec
to. Obliquum autem neque sui ipsius
neque recti. Et in toto autem quidam
ipsam mixtam dicunt. unde fortas
sis et thales opinatus est
omnia esse plena diis. hec autem
habent quasdam dubitationes. propter quam enim
causam in aere aut in igne anima
existens non facit animal. In
et hoc in hiis melior esse puta
ta. Queret enim utique aliquis
quam ob causam que in aere anima ea
que in animalibus melior et inmor
talior. accidit autem utrobique incon
veniens et irrationabile. Et namque
animal dicere ignem aut aerem
magis irrationabilium est. et non
dicere animalia cum anima insit
inconveniens est. Opinari
autem videntur animam et in hiis quoniam
totum partibus similis speciei. Quare

necesse ipsis dicere et animam similis
speciei partibus esse sive intercipiatur aliquid
continentis in animalibus animata
animalia fiunt. si vero aer quidem
decerptus similis speciei. anima vero dis-
similis partis hec quidem aliquid
ipsius existet intelligibile aliud autem
non existet. Necesse est igitur ipsam
similis partis esse aut non in omni esse in
aliqua parte omnis. manifestum igitur ex
dictis est quod neque cognoscere inest
anime propter id quod est ex elemen-
tis. neque moveri ipsam bene neque vere dicitur
.02. Quoniam vero cognoscere anime
est et sentire et opinari adhuc
vero et concupiscere et deliberare et omnino
appetitus fit animal et secundum locum
enim motus ab anima in animalibus
adhuc vero et augmentum et
status et decrementum. utrum to-
ti anime unumquodque horum inest
et omni et intelligimus et senti-
mus. et aliorum unumquodque facimus
mus et patimur. aut partibus
alteris altera. et vivere igitur utrum in
aliquo horum sit uno aut in
pluribus. aut in omnibus. aut aliqua
alia causa. Dicunt itaque qui-
dam partibilem ipsam. et alio qui-
dem intelligere. alio vero concupiscere.
Quid igitur continet animam si partibilis
est apta nata. non enim utique
corpus. videtur enim contrarium ma-
gis anima corpus continere. egre-
diente enim expirat et marcescit
tur. Si igitur alterum aliquid unam

ipsam faciat. illud maxime erit
anima. oportebit vero iterum. et il-
lum querere utrum unum aut multi-
partitum sit. Siquidem enim unum
est propter quid non mox et anima unum.
Si vero divisibile iterum ra-
tio querit et quid est continens. et sic u-
tique procedet in infinitum. Du-
bitabit autem aliquis. et de par-
tibus ipsius quam potentiam habet unaquaeque
in corpore. si enim tota anima
omne corpus continet convenire et
partium unamquamque continere aliquam
corporis. hoc vero assimilatur impos-
sibili. qualem enim partem. aut
quomodo intellectus continebit grave
est et fingere. Videntur vero
et plante decise vivere et animali-
um quedam insectorum tamquam ean-
dem habentia animam specie et si
non numero. unaquaeque enim partium sensum
habet et movetur secundum locum in aliquan-
22 tum tempus. si vero non permanet
nullum inconveniens est. instrumenta
enim non habent ut salvent
naturam. sed nichilominus in utraque partium
omnes inexistunt partes. et similis
speciei sunt ad invicem et toti partium
autem ad invicem quidem sicut non
separabiles sunt. toti anime tam-
quam indivisibili existente. videtur autem
et que in plantis anima principium
quoddam esse. hoc enim sola communicant
et alia et plante. et ipsum quidem
separatur a sensibili principio. sensum
vero nullum sine hoc habet.

[illegible]

Que autem a prioribus tradita de anima dicta sunt. Iterum autem tamquam ex principio redeamus temptantes determinare quid est anima et que utique erit communissima ratio ipsius. Dicimus itaque unum quoddam genus eorum que sunt substantiam. Huius autem aliud quidem sicut materiam quod secundum se quidem non est hoc aliquid, aliud autem formam et speciem secundum quam iam dicitur hoc aliquid, et tertium quod ex hiis. Est autem materia quidem potentia, species autem endelechia et hec dupliciter, hoc quidem sicut scientia, illud autem sicut considerare. Substantie autem maxime videntur esse corpora et horum physica; hec enim aliorum principia. Physicorum autem alia quidem habent vitam, alia autem non habent. Vitam autem dicimus quod per se ipsum alimentum et augmentum et decrementum. Quare omne corpus physicum participans vita substantia erit, substantia autem sic sicut composita. Quoniam autem est corpus et huiusmodi, vitam enim habens, non utique erit corpus anima. Non enim eorum que de subiecto corpus, magis autem sicut subiectum et materia. Necesse est igitur animam substantiam esse sicut speciem corporis physici potentia vitam habentis. Substantia autem actus; huius igitur corporis actus. Hec autem dicitur dupliciter, hec quidem sicut scientia, illud autem sicut considerare. Manifestum igitur quod sicut scientia. In existendo enim animam et sompnus et vigilia est. Proportionabile autem vigilia quidem ipsi considerare, sompnus autem habere et non operari. Prior autem generatione in eodem scientia est. Unde anima est primus actus corporis physici potentia vitam habentis. Tale autem corpus quodcumque organicum. Organa autem et plantarum partes sunt, sed penitus simplices, ut folium fructiferi cooperimentum, fructiferum autem fructus. Radices autem ori similes sunt; utraque enim trahunt alimentum. Si autem aliquod commune in omni anima oportet dicere, erit utique actus primus corporis organici physici. Unde non oportet querere si unum est anima et corpus, sicut neque ceram et figuram, neque omnino uniuscuiusque materiam et id cuius est materia. Unum enim et esse cum multipliciter dicatur, quod proprie est actus est. Universaliter quidem igitur dictum est quid sit anima. Substantia enim est que secundum rationem. Hoc autem est quod erat esse huiusmodi corpori, sicut si quod organorum physicum corpus esset, ut dolabra; erat quidem dolabre esse substantia ipsius et anima hec; separata autem hac non utique adhuc

amplius dolabra esset, sed anima esset: nunc autem dolabra. Non enim huiusmodi corporis quod quid erat esse et ratio anima, sed physici huiusmodi habentis in se ipso principium motus et status. Considerare autem in partibus oportet quod dictum est. Si enim esset oculus animal, anima utique ipsius visus esset. Hec enim substantia est oculi que secundum rationem. Oculus autem materia visus est: quo deficiente non est adhuc oculus nisi equivoce sicut lapideus aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in parte in toto vivente corpore. Proportionaliter namque habet sicut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitivum secundum quod huiusmodi. Est autem non abiciens animam potentia ens ut vivat sed quod habet. Semen autem et fructus potentia huiusmodi corpus est. Sicut quidem igitur incisio et visio sic et vigilantia actus; ut autem visus et potentia organi anima. Corpus autem quod potentia est. Sed sicut oculus pupilla et visus, et ibi anima et corpus animal. Quod quidem igitur non sit anima separabilis a corpore aut partes quedam ipsius, si partibilis apta nata est, non immanifestum est. Quarundam enim actus partium est ipsarum. At vero secundum quasdam nihil prohibet propter id quod nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestum si sic corporis actus anima sicut nauta navis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur et describatur de anima.

Quoniam autem ex incertis quidem certius autem fit quod certum est et secundum rationem notius, temptandum iterum est sic aggredi de ipsa. Non enim solum quia oportet diffinitivam rationem ostendere sicut plures terminorum dicunt, sed et causam inesse et demonstrare. Nunc autem sicut conclusiones terminorum sunt, ut quid est tetragonismus? equale altera parte longiori orthogonium esse equilaterum. Talis autem terminus ratio conclusionis. Dicens autem quoniam tetragonismus est medie inventio, rei causam dicit. Dicimus igitur principium accipientes intentionis determinari animatum ab inanimato in vivendo. Multipliciter autem ipso vivere dicto, et si unum aliquod horum insit solum, vivere ipsum dicimus, ut intellectus et sensus, motus et status secundum locum, adhuc autem motus secundum alimentum et decrementum et augmentum. Unde et vegetabilia omnia videntur vivere. videntur
Videntur enim in se ipsis habentia potentiam et principium huiusmodi, per quod et augmentum et decrementum suscipiunt secundum contrarios locos. Non enim sursum quidem

augentur deorsum autem non, sed similiter
in utroque et penitus quecumque a-
limentum habent et vivunt in finem quo-
usque possunt accipere alimentum.
Separari autem ab aliis possibile est, alia
autem ab hoc impossibile est in mortali-
bus. Manifestum est autem in hiis
que vegetantur; nulla enim est in
ipsis potentia alia anime. Vivere quidem
igitur propter hoc principium inest omnibus
viventibus. Animal autem propter sen-
sum primum. Etenim que non
moventur neque mutant locum
habentia autem sensum animalia di-
cimus et non vivere solum. Vegetativum autem
et huiusmodi nullam esse animam
manencia autem cum sint non habent
solum sensum. Sensuum autem
primo inest omnibus tactus; sicut
autem vegetativum potest separari a
tactu et omni sensu, sic et tactus
ab aliis sensibus. Vegetativum
autem dicimus huiusmodi partem anime qua
et vegetabilia participant. Alia
autem omnia videntur tangendi
sensum habentia. Propter quam autem causam u-
trumque horum accidit posterius di-
cemus. Nunc autem in tantum dictum
sit solum quod est anima
horum que dicta sunt principium et
hiis determinata vegeta-
tivo sensitivo intellectivo mo-
tu. Utrum autem unumquodque ho-
rum est anima aut pars anime
et si pars, utrum sic ut sit separabilis
ratione solum aut in loco. De

quibusdam autem horum non est
difficile videre, quedam autem dubitationem
habent. Sicut enim in plantis quedam
divisa videntur vivere et separata
ab invicem, tamquam existente in
hiis anima actu quidem una
in unaquaque planta, potentia autem pluribus,
sic videmus et circa alias differentias
anime accidere ut in entomis 2. Anim…
decisis; et enim sensum utraque
partium habet et motum secundum locum;
si autem sensum et fantasiam
et appetitum; ubi enim
sensus est, et tristicia et leticia;
ubi autem hec sunt, ex necessitate et de-
siderium est. De intellectu
autem et perspectiva potentia nichil adhuc
manifestum est, sed videtur genus al-
terum anime esse, et hoc solum
contingere separari, sicut et perpetuum
a corruptibili. Relique autem partes
anime manifestum ex hiis quoniam non se-
parabiles sunt, sicut quidam di-
cunt. Ratione autem quod
altere manifestum. Sensitivo enim
esse et opinativo alterum, siquidem
et sentire ab ipso opinari. Similiter
autem et aliorum unumquodque dictorum
sunt. Quibusdam autem animalium ali-
um omnia insunt hec, quibusdam
autem non quedam horum, aliis autem
unum solum. Hoc autem facit diffe-
renciam animalium. Propter quam autem
causam sit factum posterius inten-
dendum est. Similiter et circa sensus
accidit. Alia quidem enim habent omnes

alia uero quodam(modo) in quantum quando
unum magnitudine neque ut tactu.
Quoniam autem quo uiuimus et
hoc autem sciam illud autem
scientiam, utroque enim horum dici
mus scire. Similiter et quo sana
mur aliud quidem sanitas est,
aliud autem parte quadam corporis
aut et toto. Horum autem scientia
et sanitas forma et species quedam
et ratio ut actus susceptiuorum.
Hec autem scientifici, illa uero sana
bilis: uidetur enim in paciente et
disposito actiuorum inesse actus. Anima
autem hoc quo uiuimus et sentimus
et mouemur et intelligimus primo.
Quare ratio quedam utique erit et
species, sed non ut materia et ut subiectum. Tri
pliciter dicta substantia sicut diximus
quarum hoc quidem species, illud uero
materia, aliud autem ex utrisque; horum
materia quidem potentia, species autem actus; quoniam
ex utrisque animatum, non corpus
est actus anime, sed ipsa corporis
cuiusdam. Et propter hoc bene opinan
tur quibus uidetur neque sine corpore
esse neque corpus aliquod anima.
Corpus quidem enim non est, cor
poris autem aliquid est. Et
propter hoc in corpore est et corpore
huiusmodi, sed non sicut priores ad corpus
aptabant ipsam nichil diffinientes
in quo et quali et non cum non
uideatur accipere quodlibet contin
gens. Sic autem fit et secundum ra
tionem: uniuscuiusque enim actus in

potentia existente. Sic autem et mixta in
actus aptus natus est inesse. Quod
quidem igitur actus est quidam
et ratio potentiam habentis esse huiusmodi,
manifestum ex hiis.

Potenciarum autem anime que
dicte sunt aliis quidem
insunt omnes, aliis uero quedam
harum, quibusdam uero una sola.
Potencias autem diximus
uegetatiuam, sensitiuam, appetitiuam,
motiuam secundum locum, intellec
tiuam. Inest autem plantis uegeta
tiuum solum, alteris autem hoc et
sensitiuum. Si autem sensitiuum, et ap
petitiuum. Appetitus quidem enim
desiderium et ira et uoluntas est.
Animalia autem omnia habent
unum sensuum, tactum. Cui autem
sensus inest, huic et leticia et
tristicia et dulce et triste. Quibus
autem hec, et concupiscencia: delec
tabilis enim appetitus hic. Ad
huc alimenti sensum habent; tactus
enim alimenti sensus. Siccis enim
et humidis et calidis et frigi
dis aluntur omnia uiuencia,
horum autem sensus tactus et
aliorum sensibilium secundum accidens.
Nichil enim in alimentum confert
sonus neque color neque odoratus; hu
mor autem unum aliquod est tangibi
lium. Esuries autem et sitis
et concupiscencia, et esuries
quidem calidi et sicci, sitis autem
frigidi et humidi. Sapor uero

ut delectabilium. horum est. certi
ficandum autem de hiis posterius est.
nunc autem in tantum dicendum sit quod
animalibus habentibus tactum et ap
petitus inest. de fantasia autem immanifestum
posterius autem intendendum est.
Quibusdam autem ad hec inest et
secundum locum motivum. alteris autem
intellectivum et intellectus. ut hominibus
et si aliquod huiusmodi est. aut
honorabilius. Manifestum quidem est
quod eodem modo una utique erit ratio
anime et figure. neque enim ibi figura
est preter triangulum et que consequenter
sunt. neque hic anima preter predictas
fiet autem utique et in figuris ratio com
munis que conveniet quidem omnibus.
propria autem nullius erit figure.
similiter autem et in dictis animabus.
unde ridiculum est querere communem
rationem et in hiis et in alteris. que
nullius erit eorum que sunt
propria ratio. neque secundum propriam et indivi
duam speciem dimittentes huiusmodi.
Similiter autem se habent ei quod de fi
guris est et que secundum animam
sunt. Semper enim in eo quod consequenter
est potentia est quod prius est in
figuris et in animatis. ut in
tetragono quidem trigonum
est. in sensitivo autem vegetativum.
Quare et secundum unumquodque que
rendum que uniuscuiusque anima. et
que plante et que hominis aut
bestie. Propter quam autem causam consequenter sic
se habent considerandum est. sine

alterum

enim vegetativo sensitivum
non est. a sensitivo autem separatur ve
getativum in plantis. item autem
sine quidem eo quod potest
tangere aliorum sensuum neque
unus est. tactus autem sine aliis
est. multa enim aliorum neque visum
neque auditum habent neque odoratus
sensum. et sensitivorum autem
alia quidem habent secundum locum mo
tivum. alia vero non habent. ulti
mum autem et minimum rationem
et intellectum. quibus enim inest
ratio corruptibilium. hiis
et reliqua omnia. Quibus autem
illorum unumquodque non omnibus
ratio. sed quibusdam neque
imaginatio. alia autem
hac sola vivunt. De specula
tivo autem intellectu altera ratio
est. Quod autem quidem de hiis
ratio unicuique sit hec propriissima
et de anima. manifestum est. Ne
cessarium autem est debentem
de hiis perscrutationem facere ac
cipere unumquodque eorum quid est.
postea sic de ~~plantis~~ aut de
aliis investigare. Si autem
oportet dicere quid unumquodque
eorum ut quid intellectivum
aut sensitivum aut vegetati
vum prius adhuc dicendum
quid sit intelligere et quid
sentire. ~~pro~~ priores enim po
tentiis actus et operationes
secundum rationem sunt. si autem ac

habetur

hiis adhuc priora opposita oportet constituere. de illis primum utique oportebit determinare propter autem causam ut de alimento et sensibili et intelligibili.

8 Quare primo de alimento et generatione dicendum est. Vegetativa enim anima et aliis inest prima et maxime communis potentia est anime secundum quam inest omnibus vivere. Cuius sunt opera generare et alimento uti. Naturalissimum enim opus inviventibus est quecumque perfecta et non orbata aut generationem spontaneam habent facere alterum quale ipsum animal quidem animal planta autem plantam ut eterni semper et divino et inmortali participent secundum quod possunt. Omnia enim illud appetunt et illius causa agunt omnia quecumque agunt secundum naturam. Id autem quod cuius causa est duplex est. hoc quidem cuius, illud vero quo. Quoniam communicare non possunt ipso semper et divino per continuationem quia id quod nichil contingit corruptibilium idem et unum numero permanere, secundum quod potest participare unumquodque communicat, hoc quidem magis, illud vero minus. Et permanet non idem sed ut idem, numero quidem non unum, specie autem unum.

9 Est autem anima viventis corporis causa et principium. Hec autem multipliciter dicuntur. At tamen anima secundum determinatos tres modos causa dicitur. Et enim unde motus ipsa est, et cuius causa, et sicut substantia animatorum corporum anima causa. Quod autem sicut substantia manifestum est. Causa enim ipsius esse omnibus substantia est. Vivere autem viventibus est esse. Causa autem et principium horum anima. Amplius autem eius quod potentia est ratio actus est. Manifestum autem est quod et cuius gratia anima causa. Sicut enim intellectus gratia huius facit eodem modo et natura, et hoc est ipsius finis. Huiusmodi autem in animalibus anima et secundum naturam. Omnia enim physica corpora anime instrumenta sunt, sicut animalium sic et plantarum, tamquam gratia anime existentia. Dupliciter autem dicitur quod cuius causa est, et quod cuius, et quod quo. At vero et unde primum secundum locum motus anima est. Non omnibus autem inest viventibus potentia hec. Est autem et alteratio et augmentum secundum animam. Sensus enim quedam alteratio esse videtur. Nichil autem sentit quod non habet animam. Similiter autem et de augmento et detrimento se habet. Nichil enim detrimentum patitur neque augmentatur physice quod non alatur. Alitur autem nichil quod

non convenit vita. Empedocles autem non bene dixit hoc addens augmentum accidere plantis deorsum quidem radices mittentibus propter id quod terra sic fertur secundum naturam, sursum propter ignem similiter. Neque enim sursum et deorsum bene accepit. non enim idem omnibus sursum et deorsum et omni, sed sicut caput animalium sic radices plantarum sunt, si oportet instrumenta dicere altera et eadem operibus. Adhuc autem quid est continens in contraria que feruntur ignem et terram. distrahentur enim nisi aliquid sit prohibens. si vero est, hoc est anima et causa alimenti et augmenti. Videtur autem quibusdam ignis natura simpliciter causa alimenti et augmenti esse. Et namque ipsum videtur solum corporum et elementorum quod alitur et augetur. unde et in plantis et in animalibus putabit utique aliquis hoc esse quod operatur. Hoc autem concausa quidem quodammodo est, non tamen simpliciter causa, sed magis anima. Ignis enim augmentum in infinitum est quousque sit combustibile. natura autem constantium omnium terminus est et ratio et magnitudinis et augmenti. hec autem anime sed non ignis, et rationis magis quam

Quoniam autem eadem potentia anime vegetativa et generativa, de alimento necesse est determinare primum. separatur enim ab aliis potentiis hoc opere. Videtur autem esse alimentum contrarium contrario, non omne autem omni, sed quecumque contrariorum non solum generationem habent ex invicem sed etiam augmentum. fiunt enim multa ex invicem, sed non omnia quanta, ut sanum ex laborante. videntur autem neque illa eodem modo ad invicem esse alimentum, sed aqua quidem igni alimentum est, ignis autem non alit aquam. In simplicibus quidem igitur corporibus hec esse videtur maxime, aliud quidem alimentum, aliud vero quod alitur. Dubitationem autem habet. Dicunt enim hii quidem simile simili ali sicut et augeri. Aliis autem sicut diximus e contrario videtur contrarium, tanquam impassibile sit simile a simili. alimentum autem mutari et decoqui. mutationem autem omnibus in contrarium ~~autem~~ aut in medium. Adhuc autem patitur aliquid alimentum ab eo quod alitur, sed non hoc ab alimento, sicut neque instructor a materia sed ab illo. sed hic instructor autem mutatur solum in actum ex ocio. Utrum autem sit alimentum quod ultimo advenit

aut quod habet contrarium primo habet
contrarium. Si autem utrumque, sed hec quidem
non coctum, illud vero coctum, u-
troque dicitur utique contingere alimentum. 12
Inconcoctum enim non coctum
contrarium contrario alitur, concoctum
autem coctum simile alitur si-
mili. Quare manifestum quod quo-
dammodo utique et recte et non
recte dicunt recte. Quoniam vero nichil
alitur non participans vita, anima-
tum utique erit corpus ~~quod vero~~
~~erit corpus~~ quod alitur in quan-
tum animatum. Quare et alimen-
tum ad animatum est et non per
accidens. Est alterum alimento
et augmentativo esse. Secundum enim quod
quantum aliquid animatum, augmen-
tativum; secundum vero quod hoc aliquid et
substantia, alimentum est. Salvat enim
substantiam, et usque ad hoc est quousque
alatur. Et generationis autem
factivum est. Non enim quod
sed quale id quod alitur. Iam
enim est ipsius substantia. Generat vero nichil
ipsum se ipsum, sed salvat. Quare
huiusmodi anime principium potentia est po-
ssibile salvare est suscipiens ip-
sum secundum quod huiusmodi; alimen-
tum vero preparat operari. Unde priva-
tum alimento non potest esse. //
Quoniam autem sunt tria,
quod alitur et quo alitur et
alens: alens quidem est prima
anima, quod vero alitur est
habens hanc corpus, quo vero ali-
tur alimentum. Quoniam autem
a fine appellari omnia iustum
est, finis autem generare quale
ipsum. Est autem quo ali-
tur dupliciter, sicut et quo gubernatur
et manus et themon; hec quidem
movens et motum, illud
autem movens solum. Omne
autem alimentum necesse est posse de-
coqui. Operatur autem decoctionem
calidum; unde omne animatum
habet calorem. Figura quidem
igitur alimentum quid sit dictum
est. Certificandum autem
est posterius de ipso in propriis ra-
tionibus.

13 Determinatis autem hiis dica-
mus communiter de omni sen-
su. Sensus autem in ipso moveri
aliquid et pati accidit, sicut dic-
tum est; videtur enim quedam
alteratio esse. Aiunt autem quidam
simile a simili pati. Hoc autem quomodo
possibile aut impossibile dictum est in
universalibus rationibus de ipso agere
et pati. Habet autem dubitationem
propter quid et ipsorum non fit
sensus. Et quare sine hiis que
sunt exterius non faciunt sensum, in-
existente igne et terra et aliis elementis,
quorum est sensus per se aut
secundum accidentia horum. Manifestum igitur est
quod sensitivum non est actu
sed potentia tantum. Unde non senti-
unt, sicut combustibile non combu-
ritur ipsum a se ipso sine combustivo

erit utique prima anima generativa quale ipsum ...

vivens.

abmittet enim se ipsum et mobi
in diget actu ignem esse. sicut non
sentire. Quoniam autem
sentire dicimus dupliciter potentia enim au
diens audire et videre dicimus
et si forte dormiens et quod iam
operans dupliciter utique dicetur et sen
sus hic quidem sicut potentia. ille autem
sicut actu. similiter autem et sentire
quod quidem potentia ens. Item quod
actu. Primum quidem igitur
tanquam sit idem pati et moveri
et agere dicimus. et namque mo
tus est actus imperfectus quidem
tamen sicut in aliis dictum
est. Omnia autem patiuntur et
moventur ab activo et actu
ente. unde est quidem tanquam a si
mili pati. est autem ut a dissimili
sicut diximus. patitur quidem
enim quod dissimile et passum
vero passum autem simile est.
Dicendum autem et potentia et
actu est. Nunc enim simpli
citer dicimus. quae habemus de ip
sis. Est quidem enim sic sciens
aliquid. sicut si dicamus ho
minem quidem homo scientium
et habentium scientiam. Est autem
sicut iam dicimus scientem ha
bentem grammaticam. uterque autem
horum non eodem modo possibi
lis est. sed hic quidem quod genus huius
et materia est. ille autem quia vo
lens possibilis est considerare nisi
aliquid prohibeat exterius. Ille

autem considerans actu est. erit
et proprie sciens hanc litteram a.
Ambo quidem igitur primum se
cundum potentiam scientes sunt
sed hic quidem per doctrinam al
teratus est. et multotiens ex
contrario mutatus habitu. hic autem
ex eo quod habet sensum aut gram
maticam. non agere autem in a
gere alio modo. Non autem est simpliciter
neque pati. sed aliud quidem corruptio
est quaedam a contrario. aliud autem
salus magis eius quod est in potentia
ab eo quod est actu. et simi
li sic. sicut potentia se habet ad actum.
Speculans enim fit habens scientiam.
quod vere aut non est alterari. in
ipsum enim additio est et in
actum aut alterum genus alteratio
nis est. unde non bene habet dicere
sapientem cum sapiat alterari.
sicut neque edificatorem cum
edificet. In actum quidem igitur
ducentes ex potentia actu ente. se
cundum intellectum et sapere non doctrinam sed
alteram habere denominationem
iustum est. Ex potentia autem actu
ente addiscens et accipiens
scientiam. ab actu ente et doctivo
aut neque pati dicendum sicut
dictum est. aut duos esse modos
alterationis et eam quae in privativas
dispositiones mutatio
nem. et eam quae in habitus et naturam.
Sensitivi autem prima quidem
mutatio fit a generante. cum

autem signatum est hoc iam sensum sicut sciam et sentire quod autem secundum actum similiter dicitur ipsa. Differt autem quoniam huius quidem activa operationis exteriora sunt, visibile et audibile, similiter autem et reliqua sensibilium. Causa autem est quoniam singularium qui secundum actum sensus, scientia autem universalium. Hec autem in ipsa quodammodo sunt anima. Unde intelligere quidem in ipsa est anime cum velit, sentire autem non est in ipsa; necessarium autem est esse sensibile. Similiter autem et hec se habent in scientiis sensibilium, et propter eandem causam: quia sensibilia singularium sunt et exteriorum. Sed de hiis quidem determinare etiam oportunum tempus fiet et nunc. Nunc autem determinatum est tantum, quoniam non simpliciter est quod potentia dicitur, sed aliud quidem sicut si dicimus puerum posse militare, aliud autem sicut secundum etatem existentem. Sic se habet sensitivum. Quoniam autem innominata est ipsorum differentia, determinatum autem est de ipsis quoniam altera et quomodo altera, necesse est uti pati et alterari tamquam propriis nominibus. Sensitivum autem potentia est quale sensibile iam actu, sicut dictum est. Patitur quidem igitur non simile ens, passum autem assimilatum est et est quale illud.

16 Dicendum autem secundum unumquemque sensum de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter, quorum duo quidem per se sentiri dicimus, unum autem secundum accidens. Duorum autem aliud quidem proprium est uniuscuiusque sensus, aliud autem commune omnium. Dico autem proprium quidem quod non contingit altero sensu sentiri, et circa quod non contingit errare, ut visus coloris, et auditus soni, et gustus humoris. Tactus autem habet plures differentias. Sed unusquisque iudicat de hiis et non decipitur quoniam color neque quoniam sonus, sed quid coloratum aut ubi, aut quid sonans aut ubi. Huiusmodi quidem igitur dicuntur propria uniuscuiusque. Communia autem motus, quies, numerus, figura, magnitudo. Huiusmodi enim nullius sunt propria, sed communia omnibus. Et enim tactu motus aliquis sensibilis est et visu. Per se quidem igitur dicuntur sensibilia hec. Secundum accidens autem dicitur sensibile ut si album sit Diaris filius. Secundum accidens enim hoc sentit, quoniam accidit albo hoc quod sentitur. Unde et nichil patitur secundum quod huiusmodi est a sensibili. Sensibilium autem secundum se proprie propria sensibilia sunt, et ad que substantia apta nata est uniuscuiusque sensus.

Cuius quidem igitur est visus, hoc est visibile. Visibile autem est color quidem et quod ratione quidem est dicere, innominatum

coloris olfatus

sone

ad

[illegible] ad [illegible] aliud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hap [illegible]

et existit eius maxime et erit in
superdicentibus maxime. Visibile
enim est color. hoc autem est in eo
quod secundum se visibile secundum se autem
non ratione. sed quoniam in se ipso habet causam
essendi visibile. omnis enim co-
lor motivus est eius quod secundum
actum dyaffani. et hoc est ipsius natura.
unde quidem non visibile sine lumine.
sed omnis cuiusque est colorum in
lumine visibile. ex quo de lumine
primo dicendum est. Est quidem aliquid
dyaffanum. dyaffanum autem dico
quod est quidem visibile non autem secundum se
visibile ut simpliciter est dicere. sed
propter extraneum colorem. huiusmodi autem
est aer et aqua et multa solido-
rum. non enim secundum quod aer
dyaffanum est. sed quoniam est natura eadem
in hiis et in superiori supremo corpore.
Lumen autem huius actus dyaffa-
ni secundum quod est dyaffanum.
sed quoniam est natura eadem potentia
in quo hoc est et tenebra. lu-
men autem ut color est dyaf-
fani secundum quod actu dyaffanum
ab igne aut huiusmodi ut quod
sursum corpus. et enim huic ad
inest unum et idem. Quid qui-
dem igitur dyaffanum et quid lu-
men dictum est. quia neque ignis
est neque omnino corpus neque defluxus
corporis nullius. esset enim u-
tique aliquod corpus et sic esset
ignis aut huiusmodi alicuius
presentia in dyaffano. neque enim

possibile est duo corpora in eodem
esse. Videtur autem lumen contra-
rium esse tenebre. privatio autem huius-
modi habitus ex dyaffano. quare pa-
lam quod etiam huiusmodi presentia
lumen est. Et non recte. Empedo-
cles. neque si aliquis alius sic dixit quod
feratur lumen et extendatur me-
dio terre et continentis. nos autem
lateat. hoc enim est et extra
eam que in ratione veritatem et extra
ea que videntur. In parvo enim
spacio lateret. nos ab oriente autem
in occidens latere magna quidem
multum est quod. Est autem coloris
susceptivum quod sine colore
sonum autem ab sonitu sine colore
autem dyaffanum et invisibile aut
vix autem videtur quod tenebrosum
est. huiusmodi autem dyaffanum quidem
est. sed non cum sit actu dyaffanum
sed cum potentia. eadem enim natura quan-
doque quidem tenebre quandoque autem lumen est.
Non omnia autem visibilia sunt in
lumine. sed solum uniuscuiusque proprius
color. Quedam enim in luce
quidem non videntur. in tenebris
autem faciunt sensum. ut que ig-
nea videntur et lucencia. Hec
autem nominata sunt uno nomine
ut quercus putredines cornua ca-
pita piscium et squame et
oculi. sed nulli horum videtur
proprius color. propter quam autem causam hec
videntur alia ratio. Nunc autem in tan-
tum manifestum est quoniam autem in lumine

n̄ m

aut

videtur color. unde non videtur sine
lumine. hoc enim erat ipsi colo
ri esse motivum secundum actum dya
phani. actus autem dyaphani lumen est.
signum autem huius manifestum. si quis enim
ponat habens colorem super ipsum
visum non videbit. sed color movet
dyaphanum puta aerem. ab hoc
autem iam continuo existente movetur sensi
tivum. Non enim bene hoc dicit
Democritus opinatus si fiat
vacuum quod medium perspici
etur certe et si formica in celo
esset. hoc enim impossibile est. pati
ente enim aliquid sensitivo
fit ipsum videre. ab ipso quidem igitur
viso colore impossibile est. reli
nquitur autem quod a medio. quare
necesse est aliquod esse medium.
vacuo autem facto non aliquid certe
sed omnino nichil videbitur. Propter
quam autem causam colorem ne
cesse est in lumine videri dictum
est. Ignis autem in utrisque videtur et
in tenebra et in lumine et hoc
ex necessitate. dyaphanum enim
ab hoc lucidum fit. Eadem
autem ratio est de sono et de odo
re. nichil enim ipsorum tangens
sensitivum facit sensum. sed ab
odore autem et sono media
moventur. ab hoc autem sensitivum
utrumque. Cum autem super ipsum se
nsitivum aliquis apponit odor
ans aut sonans, nullum sensum
faciet. de tactu autem et gustu si
militer se habet. non autem videtur. propter quam
autem causam posterius erit manifestum. Me
dium autem sono quidem aer est. odo
ri autem innominatum est. communis
enim quedam passio est ab aere
et aqua sicut dyaphanum colo
ri sic habenti odorem que est in
utrisque horum. videntur enim animalia a
quatilia habere odoris sensum. sed
homo quidem et pedibus ambu
lantium quecumque respirant im
possibilia sunt odorare non respira
ntia. Causa autem de his pos
terius dicetur.

Nunc autem primum de sono et
auditu determinemus. est autem duplex.
alius quidem actu sonus. hic quidem enim
actus quidem. alius autem potentia. alia
enim non dicimus habere sonum
ut spongiam, lanam. quedam autem
habent ut es et quecumque plana et
lenia sunt quia possunt sona
re. hoc autem est ipsius medii et au
ditus facere sonum actu. Fit autem
qui secundum actum semper sonus ali
cuius ad aliquid et in aliquo.
percussio enim est faciens. unde
impossibile est cum sit unum fi
eri sonum. aliud enim verberans et quod
verberatur. quare sonans ad aliquid
sonat. tangit enim aliquid.
cum autem ictu tangit sonat. ictus
autem non fit sine motu. sicut autem
diximus non contingentium ic
tus sonus est. nullum enim
faciunt sonum pili et sparsiones.

lia et eneum lenia et concava sunt
et quod quidem leve est. Contingit autem
ex percussione fieri multos ic-
tus post primum impellenti eo
quod motum est. Amplius
auditur in aere et in aqua, autem
sed minus. Non est autem soni pro-
prius aer neque aqua, sed oportet firmorum
percussionem fieri adinvicem et
ad aerem. Hoc autem fit cum permane-
at percussus aer et non solvatur.
Unde si velociter et fortiter percutiatur
sonat. Oportet enim preoccupare motum
ferientis fracturam aeris, sicut
si congregatum aut cumulum
lapillorum percutiat aliquis la-
tum velociter. Echon autem fit
cum ab aere uno facto propter vas
terminans et prohibens diffundi ite-
rum aer repellitur sicut spera. Videtur
autem semper fieri echon, sed non certus. Ac-
cidit in sono sicut et in lumine.
Et enim lumen semper repercu-
titur; neque enim fieret penitus lu-
men, sed tenebra extra solem.
Sed non sic repercutitur sicut ab
aqua et ere aut et ab aliquo
levium, quare tenebram facit qua
lumen terminamus. Vacuum autem
recte dicitur proprium audiendi.
Videtur enim esse vacuum aer.
Hic autem est faciens audire
cum moveatur continuus et unus.
Sed propter id quod frangibilis non sonat
nisi leve sit quod percutitur. Tunc autem
unus fit simul, enim propter plani-
tiem; unum enim est levis planum.
Sonativum autem quod quidem quod mo-
tivum unius aeris continuitate
usque ad auditum. Auditui autem
connaturalis est aer. Propter id autem quod
in aere est moto exterior quod
intus movetur. Propter quod animal non
undique audit animal, neque undique pene-
trat aer; non enim ubique habet ae-
rem movendum pars et animatum
sicut pupilla humorem. Ipse
autem quidem insonabilis aer propter id
quod facile cessibilis est. Sed vero
cum non prohibeatur diffluere, huius
motus sonus est. Hic autem est
in auribus conditus ut tamen cum quidem
inmobilis est, quatinus certe sen-
tiat omnes differentias motus. Sed propter hoc autem
et in aqua audimus, quia non in-
greditur ad ipsum connaturalem ae-
rem, sed neque in aurem propter reflexi-
ones. Cum autem hoc incidat
non audit, neque si in miringa, sicut
que in pupilla pellis laboret. Sed
signum est audiendi autem non
sonare aurem sicut cornu. Semper
enim quodam proprio motu aer movetur
in auribus, sed sonus extraneus et
non proprius est. Et propter hoc dicunt
audire vacuo et sonanti, quia
audimus habente determinatum
aerem. Utrum autem sonat ver-
berans aut quod verberatur, aut utrique
modo alio? Est enim son[us]
motus possibilis moveri hoc modo quo
quidem saltantia a levibus cum

aliquis teneret. Non igitur sicut
dictum est sonat quod verberatur
verberans ut flobicat acius actu sed
oportet quod percutit regulariter esse et
aer subito et moue-
atur. Differentie autem sonan-
cium in sono secundum actum ostenduntur
sicut enim non videntur colores
sine lumine sic nec sine sono ac-
utum et graue. Hec autem di-
cuntur secundum methaforam ab hiis
que tangunt. acutum enim
namque mouet sensum in paruo
tempore multum. graue autem in multo
tempore paucum. non tamen velox est
velox est acutum. graue autem
tardum. sed hec quidem propter veloci-
tatem huiusmodi motus illius
vero propter tarditatem. Et viden-
tur similitudinem habere cum tactu
cum acuto et hebeti. acutum
enim quasi pungit hebes vero quasi
pellit propter id quod mouet. hoc
quidem in paruo. illud autem in
multo. Quare accidit hoc
quidem velox. illud autem tardum
esse. De sono sic determinatum sit.
Vox autem sonus est
quidam est animati.
Inanimatorum enim nullum
vocat. sed secundum similitudinem
dicuntur vocare ut tibia et lira et quecumque
alia inanimatorum extensionem
habent et melos et locutio-
nem assimulantur enim. et
vox habet hec. Multa autem animalium

vocem non habent ut que sunt si-
ne sanguine habentium et pisces
Et hoc rationabiliter siquidem a-
eris motus sonus est. sed qui dicuntur
vocare ut qui in acheleo sonant
branchus aut quodam alio hoc.
Vox autem animalis est. et non
animalis parte. sed quoniam omne so-
nat verberante aliquo et aliquid
et in aliquo. hoc autem est
aer. rationabiliter utique vocabunt
hec sola. quecumque suscipiunt
aerem. Iam enim respirato uti-
tur natura in duo opera. sicut lingua
in gustum et locutionem
quorum quidem gustus ne-
cessarium est. unde et in pluribus
inest. Interpretatio autem est propter
bene esse. Sic et spiritu et ad calor-
em interiorem tanquam necessarium. cau-
sa autem in aliis dicta est. et
ad vocem ut sit bene. Organum
autem respirationis vocalis ar-
teria est cuius causa autem hu-
ius est pulmo. hoc enim par-
te plus habent calorem pedibus
gradientia. aliis indiget autem
respiratione et est locus primus
unde necesse est intus respi-
rantem ingredi aerem. Quare percus-
sio respirati aeris ab anima
que in hiis partibus ad vocatam
arteriam vox est. Non enim omnis
animalis sonus est vox sicut
diximus est enim et lingua
sonare et sicut tussientes sed

sanguine

sonus

ipsum cor

inanimatum et silvius et cum
ymaginatione aliqua. significa-
tivus enim quidam sonus est
vox et non respirati aeris sic-
ut tussis. sed isto verberat eam que est
in arteria ad ipsam. Signum autem
est non posse vocare respirantem
neque expirantem sed detinentem.
movet enim isto detinens. Ma-
nifestum autem et quare pisces
sine voce. non enim habent guttur.
hanc autem partem non habent. quoniam non
recipiunt aerem neque respirant.
Quare quidem dicunt sic peccant. propter
quam quidem causam altera ratio est.

De odore autem et olfacti-
bili minus bene determinabi-
le est dictis. non enim manifestum
quale quid sit odor sicut sonus
aut visibile aut lumen. Causa
autem est quia sensum hunc
non habemus certum sed peiorem
multis animalibus. prave enim
odorat homo odorabilium si-
ne leticia et tristicia sicut non
existente certo eo quod sentimus.
Rationabile autem sic et
duros oculos colores sentire et
non manifestas ipsis esse dif-
ferencias colorum nisi terribili-
um et non terribilium. sic autem
et odores hominum genus. Videntur
enim et analogiam habere
ad gustum et similiter species
humorum eis que sunt
odoris. sed certiorem habemus gustum

propter id quod ipse quidam tac-
tus est. hunc autem habet homo
sensum certissimum. In aliis enim
deficit ab animalibus multis. secundum
autem tactum differenter certificatur
et prudentissimum animalium est. Si-
gnum autem et in genere hominum
secundum sensum hunc ingeniosos esse
et ingeniosos secundum alium autem
nullo. duri enim carne inepti
mente. molles autem carne bene apti.

Est autem sicut humor hic
quidem dulcis ille vero amarus
sic et odores sunt. sed alia qui-
dem habent proportionale odorem
et humorem. dico autem dulcem
odorem et dulcem humorem.
alia vero contrarium. similiter autem et acer
et austerus et acutus et ping-
uis est odor. sed sicut diximus propter
id quod non multum pro manifesti
sunt odores sicut humores
ab his acceperunt nomina secundum
similitudinem rerum. Dulcis
enim croco et melle. acer autem
thymo et huiusmodi. Et aliorum
autem et in aliis. Est autem
sicut auditus et unusquisque
sensuum hic quidem audibilis
et non audibilis. ille vero visibilis
et non visibilis et olfactus et ne
odorabilis et non odorabilis. non
odorabile autem aliud quidem secundum id
quod omnino impossibile est habere odorem
aliud vero parvum habens et pravum. Si-
militer autem et non gustabile dicitur

manifestum

et nichil odorat

Est autem et olfactus per
medium ut aerem aut aquam et
nam aquatica videntur odorem
sentire. Similiter autem et que sunt san-
guinem et sine sanguine et odorem
sentire sicut et que in aere. et
enim horum quedam analoge oc-
currunt ad alimentum que ab odo-
re moventur. Videtur et dubium vi-
deri si omnia quidem similiter o-
dorant. homo autem respirans aut-
em expirans aut retinens spiritum
non odorat neque a longe neque a propinquo
in nasum intus ponatur ponatur
et hec autem in ipso positum quod
sentit insensibile esse omnibus com-
mune est. Set sine respiratione
non sentire proprium est hominum.
Manifestum autem est temptantibus
quare sanguinem non habencia quoniam non
respirant. alium igitur quemadmodum
sensum habent preter eos qui dicti
sunt impossibile est. siquidem odorem
sentiunt. odorabilis enim sensus et
mali odorantis et boni odora-
tus olfactus est. Amplius autem et cor-
rumpi videntur a fortibus odori-
bus ex quibus homo corrumpitur
ut sulphure et huiusmodi. olfac-
tum quod habere necesse est et non res-
pirancia. Videtur enim ho-
minibus differre hoc sensitivum ad-
terium ad ea que aliorum animalium
sicut oculi ad ea que durorum
oculorum sunt. Hi quidem enim
habent fragma et sicut velamen
palpebras quas aliquis non movens
neque retrahens non videbit. Dura autem
oculis nichil huiusmodi habent. sed
mox vident que fiunt in liqui-
do sicut ergo et odoratiuum sensiti-
vum aliis quidem sine operculo est
sicut oculus aliis vero aerem reci-
pientibus habet cooperimentum quod
respirantibus discooperitur ampli-
atis venis et poris et propter hoc
respirancia non odorant in
aqua. necesse enim est odorem
pati respirancia. hoc autem facere
in humido impossibile est. Est
autem odor sicci sicut humor humi- sicut
di odoratiuum autem et sensitivum
potencia huiusmodi est.
Gustabile autem est quoddam
tangibile et hec est causa
quare non est sensibile per medium
extraneum corpus. neque enim tactus
et corpus in quo est humor
quod gustabile est in humido sicut
in materia hoc autem quoddam tangi-
bile. Unde et si in aqua essemus sen-
tiremus iniectum appositum dulce.
Non autem esset tunc nobis sensus per
medium sed in eo quod miscetur
humido sicut in potu. Color
autem non sic videtur in eo quod miscetur
aut effluxionibus. ut quidem ergo medi-
um nichil est. ut autem color visibile
sic gustabile humor est. Nichil
autem facit humoris sensum sine
humiditate. sed habet actu aut potencia humi-
ditatem ut salsum. Ipsum enim

liquidum ipsum est. est tenebra
q' invisibil' est. iudicat q' & hu
factivum in igne. Sicut aut
visus visibil' est et invisibilis
tenebra q' invisibil' est. iudicat
q' et ipsum visus. Adhuc q'
et valde splendidi est. et enim
hec invisibile est. alio q' modo a
tenebra. similiter q' et auditus
sonique et silencii quorum. aliud
audibile. aliud non audibile et
magni soni et sicut visus est
splendidi. sicut enim parvus sonus
inaudibil' quodam modo et mag
nus et violentus. Invisibile q'
aliud quod omnino dicitur sicut et in aliis
impossibile. aliud q' cuius aptum
natum non hz aut prave. sicut q
sine pedibus et quod sine granulo dicitur.
sic q' gustus gustabilis et non
gustabilis. hec q' est parvum aut
pravum habens humorem aut cor
ruptiū ~~rectum~~ gustus. Videtur aut
principium esse potabile et non po
tabile gustus enim amaras quid
est hec quidem ut pravum et cor
rup ~~rectivum~~. gustus q' illud secundum naturam
est q' cōe tactus et gustus possibile.
Quoniam q' humidus quod gustabile
necesse sensitivum ipsius neque humidum
esse esse actu. neque impossibile fieri humidum
patitur enim aliquid gustus a
gustabili. secundum quod gustabile est
necessarium est ergo humectari fore
quod possibile humectari salvatum neque
humidum q' gustativum sensitivum. Signum

q' neque siccam existentem linguam se
ntire neque multum humidam. hic enim tactus
fit primi humidi sicut cum quis ante
gustaverit fortem humorem. gustet
alium et ut laborantibus amara o
mnia videntur propter id quod lingua plena
huiusmodi humiditate sentiunt.
Species q' humorum. sicut et in
coloribus simplices quidem contrarie sunt
dulce et amarum. habite q' sunt
huic quidem pingue. huic il
la vero salsum. media q' horum ac
et austerum et ponticum et acu
tum. fere enim non hec videntur esse hu
morum differentie. quare gustativum potentia
est huiusmodi. gustabile aut est factivum
huiusmodi actu.
De tangibili q' et tactu ea
dem ratio. Si enim tactus
non est unus sensus. sed plures ne
cessarium et tangibilia sensibi
lia plura esse. Habet q' dubitationem utrum plures
sunt aut unus et quid est sensi
tivum tangibilis utrum caro et
in aliis proportionabile aut non.
sed hec quidem est medium. primum
autem sensitivum aliud
quoddam est intus. Omnis
enim sensus unius contrarietatis esse
videtur ut visus albi et nigri
auditus gravis et acuti. gus
tus amari et dulcis. In tan
gibili autem multe sunt contrarietates ca
lidum frigidum et humidum sic
cum. durum molle. et aliorum
quecumque sunt huiusmodi. Habet aut

Solutionem quantum ad hanc dubitationem
et quando quod in aliis sensibus
sunt contrarietates plures ut in voce
non solum acumen et gravitas sed
etiam magnitudo et parvitas et
lenitas et asperitas vocis et simi-
lia alia. sunt autem et circa colorem
differentie huiusmodi alie. Sed quod sub-
iectum sensibile sicut auditui sonus
31. sic tactui non est manifestum. Est-
ne autem sensitivum intus aut non
sed mox caro. nullum videtur esse signum
factum simul cum tactu. et
enim nunc si aliquis circa car-
nem extenderit ut membranam facien-
tes similiter statim mox tactum
insinuat et tamen manifestum quod
non est in hoc sensitivum. si autem
et connaturale fuerit citius utique pertingit
sensus. Propter quod talis pars corporis
videtur sic se habere sicut si circulariter
nobis aptus natus esset aer. videre-
mur enim uno quodam sen-
tire et sonum et odorem et co-
lorem et unus quidam sensus esse
auditus et visus et olfactus.
Nunc autem quoniam determinatum est per
quod fiunt motus manifesta
sunt predicta sensitiva altera esse. In
tactu autem hoc quidem nunc imma-
nifestum est. Ex aere quidem
enim aut aqua impossibile
est constare animatum corpus. oportet
enim solidum esse. Relinquitur
autem mixtum ex terra ut vult
similiter caro et proportionale. quare

naturam est et corpus esse quod me-
dium est tactui ad natum perci-
piunt sensus cum sint plures.
Demonstrat autem quod plures sunt
quam in lingua tactus. Omnia
enim tangibilia sentit secundum ean-
dem partem et humorem. Si
autem igitur et alia caro sentiret
humorem videretur unus et idem
esse sensus gustus et tactus. Nunc
autem sunt duo propter id quod non con-
vertuntur. Dubitabit autem
aliquis si omne quidem corpus profun-
dum habet. hec autem est tertia ma-
gnitudo. quorum autem corporum
medium est aliquod corpus
non tamen contingit ipsa adinvi-
cem se tangere. humidum autem non est
sine corpore. neque humectum sed
necesse est aquam esse aut habere aqu-
am. que vero tangunt adinvicem
in aqua nisi sint sicca extrema
necesse est aquam habere medium
quo repleta sunt ultima. Si
autem hoc verum est impossibile est
tangere aliud in aqua. Eodem = sine medio
autem modo et in aere. Simi-
liter enim se habet aer ad ea que
sunt in aqua animalia. Si = in sicco et aqua ad ea que sunt
humectum tangit humectum ≡ latet autem magis
Utrum igitur omnium similiter fit sen- nos. etiam ea que sunt
sus. an aliorum aliter sicut nunc in aqua.
videtur gustus quidem et tactus
in tangendo. alii autem a longe.
hoc autem non est. sed durum et
molle per altera sentimus sicut

et sonabile et visibile et odorabile
sed alia quidem a longe, alia vero appe
prope. Omnia quidem sentimus per
medium, sed in hiis latet. Et qui
dem sicut diximus prius et si per
pellem sentiremus omnia tan
gibilia ignorato quod prohibet si
militer utique haberemus sicut et nunc in
aqua et in aere. Putamus enim nunc
ipsa tangere et nichil esse per medium.
Sed differt tangibile a visibilibus
et sonativis, quoniam illa quidem senti
mus eo quod medium movet
aliquid nos; tangibilia vero non a
medio, sed simul cum medio sicut
per clipeum percussus. Non enim cli
peus percussus percussit, sed accidit
simul utrosque percuti. Omnino autem
videtur caro et lingua sicut aer et
aqua ad visum et auditum et ol
factum se habent, sic se habere ad sensi
tivum sicut illorum unumquodque.
Ipso autem sensitivo tacto, nec ibi neque
hic fiet utique sensus, ut si aliquis ponat
corpus album in ultimum ulti
mum. Quare et manifestum quod intus
sit sensitivum. Sic enim utique ac
cidet quod autem in aliis. Apposita
enim supra sensitivum non sentiunt,
supra autem carnem posita sentiunt.
Quare medium tactivi. Tan
gibiles autem qui sunt differentie cor
poris secundum quod corpus. Dico
autem differentias quibus elementa determinant,
calidum, humidum, frigidum, siccum. De quibus
diximus est in hiis que de elementis.

sensitivum autem ipsorum quod tactivum et in
quo sensus vocatus tactus est
primo quod potentia huiusmodi partes est. Senti
re enim pati quoddam est. Quare
faciens quale ipsum actu, huiusmodi illud
facit, cum sit potentia. Unde simul
calidum et frigidum aut mol
le et durum non sentimus, sed ex
cellentias, tangimus sensu velut
medietate quadam existente eius que
in sensibilibus contrarietatis. Et propter
hoc discernit sensitiva sensibilia.
Medium enim discretivum est. Fit
enim ad utrumque ipsorum alterum
ultimorum. Et oportet sicut debens
sentire album et nigrum neu
trum ipsorum esse actu, potentia vero
utrumque, sic autem et in aliis
et in tactu, neque calidum neque
frigidum. Amplius autem sicut in
visibilis et invisibilis erat quodammodo
visus similiter autem et reliquorum
oppositorum, sic et tactus tangibilis
et intangibilis. Intangibile autem est
parvam omnino habens differentiam tan
gibilium, ut passus est aer, et
tangibilium excellentie sicut
corruptiva. Secundum unumquemque quidem
igitur sensuum dictum est figuraliter.
33 Oportet autem universaliter
de omni sensu accipere quoniam
sensus quidem est susceptivus specierum
sine materia, ut cera anuli sine fer
ro et auro recipit signum. Ac
cepit autem aureum aut ene
um signum, sed non in quantum

caro est

aurum aut es. similiter autem et sic unumquodque. ab habente colorem. aut humorem aut sonum patitur. sed non inquantum unumquodque illorum dicitur. sed inquantum huius et secundum rationem. Sensitivum autem primum est in quo huiusmodi potentia. est quidem igitur idem. esse autem alterum est. magnitudo quidem enim quedam utique erit quod sensus patitur. non tamen sensitivo esse. neque sensus magnitudo est. sed ratio quedam et potentia illius. Manifestum autem ex hiis et propter quid sensibilium excellencie corrumpunt sensitiva. si namque sit fortior sensitivo motus solvitur ratio. hec autem erat sensus. sicut et simphonia et tonus percussis fortiter cordis. et propter quid plante non sentiunt habentes quandam partem animalem et patientes a tangibilibus. et namque frigescunt et calescunt. causa enim non habere medietatem. neque huiusmodi principium possibile recipere species sensibilium. sed pati cum materia. Dubitabit autem aliquis si patiatur aliquid ab odore quod impossibile est olfacere. aut a colore non possibile videre. similiter autem et in aliis. Si autem olfactibile odor si aliquid facit olfacere odor facit. quare impossibilium olfacere nichil possibile pati ab odore. eadem autem ratio et in aliis. Neque possibilium. sed inquantum unumquodque sensitivum. Simul autem manifestum est et sic. neque enim lumen et tenebre neque sonus neque odor nullum facit in corpus. sed in quibus est ut aer cum tonitruo scindit lignum. Sed tangibilia et humores faciunt. si enim non a quo utique patientur inanimata et alterabuntur. Ergo ne et illa faciunt. aut non omne corpus passivum ab odore et sono. et patientia interminata et non manent. ut aer. fetet enim sicut patiens aliquid. Quid igitur est odorare preter pati aliquid. aut odorare sentire est. aer autem patiens huiusmodi velociter sensibilis fit.

Quod autem non sit sensus alius preter quinque. Dico autem hos visum auditum. olfactum. gustum. tactum. ex hiis credet aliquis. si enim omnis cuius est sensus tactus. et hunc sensum habemus. nobis sensibiles sunt. necesse. si quidem deficit aliquis sensus et organum nobis aliquod deficere. et quecumque quidem ipsi tangentes sentimus tactu sensibilia sunt que et existimus habentes. quecumque vero per media et non ipsi tangentes. simplicibus. dico autem ut aere et aqua. habet autem sic. ut siquidem per unum plura existunt sensibilia alterum ab invicem genere. necesse habentem sensitivum utrorumque sensitivum esse. ut si ex aere esse sensitivum et est aer soni et coloris. si vero plura eiusdem ut coloris et aer et aqua. utraque enim dyafana. et quod alterum ipsorum est habens solum sentiet quod per utraque. aut quod autem ex duobus. Simplicium autem ex duobus hiis sensitiva

omnes n. tangibiles in quantum tangibile passiones tactu

Solum sint ex aere et aqua. pupilla quidem enim aque. auditus vero aeris. olfactus autem horum alterius est. ignis autem aut nullius est aut communis omnibus. nichil enim sine calore sensitivum est. terra vero aut nullius est aut in tactu maxime mixta. quare relinquitur nullum esse sensitivum extra aquam et aerem. hec autem et nunc quedam habent animalia. omnes igitur sensus habentur a non imperfectis neque orbatis. videtur enim et talpa sub pelle habens oculos. Quare si non aliquod alterum est corpus et passio que nullius est eorum que sunt hic corporum, nullus utique deficiet sensus. At vero neque communium possibile esse sensitivum aliquod proprium que unoquoque sensu sentimus non secundum accidens, ut motus, status, figure, magnitudinis, numeri, unius. hec enim omnia motu sentimus, ut magnitudinem motu; quare et figuram. magnitudo enim quedam et figura est. Quiescens autem in eo quod non movetur. numerum vero negatione continui et propriis. unusquisque enim unum sentit sensus. Quare manifestum est quod impossibile est cuiuslibet proprium sensum esse horum et motus. Sic enim erit sicut nunc visu dulce sentimus. hoc autem est quando amborum habentes existimus sensum. Quo cum concidunt cognoscimus. Si autem non, nequaquam utique sed aut

motu

quare

secundum accidens sentiebamus, ut Cleonis filium non quia Cleonis est, sed quia album. huic autem accidit filium Cleonis esse. Communium autem habemus iam sensum communem non secundum accidens. non igitur est proprius. nequaquam enim utique sentiremus, sed aut sic sicut diximus Cleonis filium nos videre. ad invicem autem propria secundum accidens sentiunt sensus, non secundum quod ipsi sunt, sed secundum quod unus, cum fiat simul sensus in eodem, ut colera quod amara et rubea. non enim alterius dicere quod ambo unum. propter quod et decipitur, et si sit rubicundum, coleram opinatur esse. Inquiret autem aliquis cuius causa plures habemus sensus, sed non unum solum. aut quatinus minus lateant consequentia et communia, ut motus et magnitudo et numerus. si enim esset visus solus, et ipsi albi, laterent utique magis et viderentur esse idem omnia propter id quod consequuntur se adinvicem simul color magnitudo. nunc autem quoniam et in altero sensibili communia sunt, manifestum facit quod aliud quiddam unumquodque ipsorum. Quoniam autem sentimus quod videmus et audimus, necesse est aut visu sentire quod videt aut altero. sed aut altero aut ipso erit quod videt aut altero. Sed idem erit visus et subiecti coloris

nō

Quare aut duo eiusdem erunt
aut idem eius. Amplius autem et si
et alter sit visus sensus aut in infinitum
procedit aut aliquis ipse sui ipsius erit
inter. Quare in primo hoc fa-
ciendum est. Habet autem dubitationem. Si enim
visu sentire videre est. videtur autem co-
lor. aut habens hunc. si videbit aliquis
quod est videns et colorem habe-
bit primum videns. Manifestum igitur
quoniam non est unus visu sentire. et namque
cum non videmus visu discer-
nimus et tenebras et lumen. sed non
similiter. Amplius autem et videns est tamquam
quoniam coloratum est. sensitivum enim
susceptivum est sensibilis sine ma-
teria unumquodque. unde abeuntibus sensibilibus
insunt sensus et fantasie quibus
sentiunt sensibilis autem actus et sensus
idem est et unus est. esse autem ipsorum
non idem. dico autem ut sonus
secundum actum et auditus secundum actum.
Est enim auditum habentem non
audire et habens sonum non sem-
per sonat. Cum autem operatur possibile au-
dire et sonet possibile sonare.
tunc secundum actum auditus simul fit
et secundum actum sonus. Quorum di-
cet utique aliquis hoc quidem esse au-
ditionem hoc vero sonationem. Si autem est
motus et actio et passio in eo quod
agitur. necesse est et sonum et au-
ditum qui secundum actum in eo esse
secundum potentiam esse. Activi enim et motivi
actus in paciente fit. unde non
necesse est movens moveri. sonativi

quidem igitur actus aut sonus sonatio est.
Auditivi autem auditus aut auditio
est. Dupliciter enim auditus
et dupliciter sonus. Eadem autem ratio
est et in aliis sensibus et sensibilibus.
sicut enim actio et passio in pacien-
te sed non in agente. sic sensibilis
actus et sensitivi et sensitivo est.
sed in quibusdam quidem et nominatum
est ut sonatio et auditio. In qui-
busdam autem non nominatum est al-
terum. visio enim dicitur visus actus.
que non est coloris non nomina-
tum est. et gustatum gustus est
humoris autem non nominatum est.
Quoniam autem unus quidem est ac-
tus sensibilis et sensitivi. esse autem
alterum est. necesse simul corrumpi
et salvari sic dictum auditum
et sonum. et humorem quidem et
gustum et alia similiter. dicta
autem secundum potentiam non necesse est. Sed priores
phisiologi hoc non bene dicebant
nichil opinantes neque album neque
nigrum sine visu esse. neque humorem
sine gustu. Sic quidem enim dice-
bant recte. sic autem non recte. Dup-
liciter enim dicto sensu et sensibi-
li quidem secundum potentiam. illis autem non secundum actum.
De hiis autem accidit quod accidit
est. sed in aliis non accidit. sed illi sim-
pliciter dicebant de dictis non simpliciter.
Si autem symphoma vox quedam est.
vox autem et auditus est. sic unum et
est sicut non unum aut idem proportio
autem est symphoma. necesse est et

et auditum totum simul una esse. et
propter hoc corrumpit unumquodque excel
lens acutum et grave auditum.
et in humoribus gustum et in colo
ribus visum forte fulgidum aut ob
scurum. et in olfactu fortis odor et
dulcis et amarus tamquam ratio quedam
sit sensus. unde et delectabilia quidem
cum sint ducuntur sincera et
inmixta in rationem ut acutum
aut dulce aut salsum. delectabilia
enim tunc omnino. omnino autem mixtum
est symphonia magis quam acu
tum et grave. tactus autem calefacti
bile et frigorabile. sensus autem ratio
est. excellentia autem tristant aut
36. corrumpunt. Unusquisque autem
igitur sensus subiecti sensibilis est, cum sit
in sensiterio in quantum sensitivum,
et discernit subiecti sensibilis differentias ut
album quidem et nigrum visus,
dulce et amarum gustus. Similiter
autem se habet hoc et in aliis. Quoniam
autem et album et dulce et unumquod
que sensibilium ad unumquodque dis
cernimus, quodam et sentimus quia
differunt. necesse igitur sensu, sensibilia
enim sunt. Quare et manifestum quia
caro non est ultimum sensiterium.
necesse enim esset tangentem ipsum
discernentem discernere. Neque utique se
paratis contingit discernere quod
alterum sit dulce ab albo. sed oportet
aliquo uno utraque manifesta
esse. sic enim et si hoc quidem ego
illud autem tu sentias manifestum utique erit

quoniam altera ad invicem sunt. oportet autem
unum dicere quoniam alterum alterum. alterum
enim dulce ab albo. Dicit igitur
idem. Quare sicut dicit sic
et intelligit et sentit. Quod igitur non
possibile separatis iudicare separata pa
lam. Quoniam neque in separato tempo
re hinc. sicut enim idem dicit quod
alterum bonum et malum sic et
quando alterum dicit quoniam alterum tunc et
alterum. non secundum accidens. ipsum cum di
co autem puta nunc dico quod
malum alterum. non tamen quando nunc
alterum. sed sic dicit et nunc. et
quando nunc simul igitur. Quare
inseparabile et in separabili tempore.
At vero impossibile est simul secundum
contrarios motus moveri idem. aut in
divisibile et in indivisibili tempore. si
enim dulce, sic movet sensum
aut et intellectum, amarum autem con
trarie et album alterum. Ergo simul
quidem et numero indivisibile et in
separabile quod iudicat secundum esse autem
separatum est. est igitur quodam modo
quod divisibile divisa sentit. est autem
quod indivisibile. secundum esse quidem enim divisibi
le est et numero indivisibile. Aut non
possibile. potentia quidem enim idem et indivisibile
contraria secundum esse autem non simul. Quoniam
in operari pati ipsorum et non est simul
et intelligi. Sed sicut quod vocant quidam
punctum. aut unum aut duo sic
indivisibile secundum quod quidem igitur indivisibile unum
discernens est et simul. secundum vero quod divisi
bile est, bis utitur eodem signo simul.

// sed ... divisibi le ... po ... e ... nigr...

inanitum quod g p duob(us) utit-
tio uno iudicat et separata sunt et
ut separato. Inanitum ido unum
uno et simul. de principio quod
g fm quod dicimus sensitiuum ee
al' determinatum sit hec modo.

37 Q(uoniam) autem
duabus
dnis diffini
unt maxime
aiam motuq
fm locum et i
eo qd est inte
llige. et discne
et sentire. ui
a intellige et sape et eandem quod
sentire ee. in utrisque enim hijs aia
iudicat aliquid et cognoscit eorum
que sunt. Et antiqui sape et se
ntire idem ee aiunt sicut empedocles
dixit. ad psens uoluntas augetur
et in hominib(us) et in aliis inde
eis semp sape altra psentat. tandem
a hijs inquit et idem quod est ho
mi tal' enim intellige est et ite
rum hominibus qualem ducit inde
ipsi inuocant q d eorum quod. Omnes
enim hij intellige corporum opina
tur sicut sentire et sentire et sa
pe simile simili sicut fm pri
ncipiis determinauimus. Et ti
oportuit simul ipsos de decipere
dicere magis proprium enim est aliis
et plurimum tpe in hoc psistit
anima. unde necesse est aut ut qui
dam dicunt omnia que uidentur ee uera aut

dissimil' tactum deceptionem ee h
enim contrarium ei qd simile simili co
gnoscere. uidetur autem et deceptio et
scia contrariorum eadem ee. Quod
autem g non idem sit sape et se
ntire manifestum est hoc quidem enim i
omnib(us) ee. illud autem in paucis ali
38 um est. Sed neque intellige in quo est
est et recte et non recte. recte quidem
idem prudencia et scia aut opi
nio. non recte autem contraria horum. neque hoc
est idem cum ipso sentire sensus
quidem enim propriorum semp uerus
est et omnib(us) inest animalibus
intellige autem contingit et falso et nulli
39 inest cui non et ro. Fantasia enim
et alterum est et a sensu et ab in
tellectu et h non fit sine sensu et
sine hac non est opinio. Quod
autem non est eadem fantasia et opi
nio manifestum. hec quidem enim passio in no
bis est cum uolumus possibile enim
est facere sicut in recordatiuis po
siti et ydolum facientes. opina
ri autem non in nobis est. necesse enim
falsum aut uerum dicere. Amplius
autem cum opinamur difficile ali
quid aut terribile statim compatimur
similiter autem et si confidendum fuerit
fantasiam autem similiter nos habemus
sicut si cernimus considerantes in pic
tura difficilia et confidencia. Est
autem et ipsius acceptionis dria
altera sit ro. De eo autem quod est
intellige quoniam alterum est ab eo quod est
sentire huius autem aliud fantasia uidetur
dem est

scia est opinio et
prudencia et contraria
horum de quibus
dicta
+ esse opinio iudex opinio
de fantasia

sic et de albo dicimus est. Si g' fantasia est s'm quam fantasma aliq' nob' fi dicimus et si no' aliquid s'm methaphoram dicimus una q'dam est po' horum aut habitus s'm quam discernimus aut v'm aut f'lm dicimus h'o' a' s'unt sensus opinio scia intelle'.

xl. Quod quidem g' no' sit sensus manife'm ex his est. Sensus q'dem enim aut po' aut actus est ut visus et visio fantasiat' a' aliquid et nullo horum existe'te ut que in sompnis.

Postea s'm po'm sensus semp' ad est fantasia a' non. Si no' ei quod actu idem omnibus utiq' contingeret bestiis fantasiam inesse. Videt' aut' no' ut formice aut api aut v'mi.

Postea h'ec quidem v'a semp' fantasie aut' plures f'le.

Amplius a' no' dicimus cum operemur circa sensib'le quam inde' hec nob' ho'. Sed magis q'n no' manifeste sentimus tunc aut v'us aut f'ls. Et q' quidem dicimus appare't et commentibus

xli. visiones. Et no' in semp' v'a' dicuntur neq' una erit ut scia aut intellectus est enim fantasia et falsa.

Relinquit' g' vide'e si opinio. Fit enim et opinio et v'a et falsa. Sed opinionem quidem inbet fides. No' enim contingit opinante' de quib' videt' no' credere bestiarum a' nulli inest fantasia a' multis.

Amplius si omnem opione' sequit' fides. Fidem a' suasum ee' suasionem a' ro' bestiarum a' quib' dam fantasia quidem inest. Ro' no' no'.

Manifestum g'o quam ne' opinio cum sensu ne' p' sensum ne' complexio opinionis et sensus erit fantasia.

Et p'r et manifestum quod no' alia q'dam est opinio. Sed illa que quidem est cuius est et sensus dico a' ex albi opinione quidem e' albi et sensu autem bona appare'. G' est opinari quod quidem sentit' no' s'm accidens.

Appare't a' et f'la de quib' simul acceptionem v'am h't et videt' solum ps' pedis. Si credit' est maior ee' habitatione accidit g' aut abicere sua ipsius v'am opinionem quam h'ebat salvatam salvare no' oblitum neq' decedentem. At si ad huc h't eandem necesse est v'am et f'lam. Sed f'la fieri est cum lateat transcidens res no' g'o in

xlii. aliquo horum est neq' ex his fantasia.

Sed quoniam e' pmoto hoc movere alterum ab hoc fantasia a' motus videtur ee' et no' sine sensu fi'. Sed in his que senciunt et quorum sensus est.

Est a' motum fi' ab actu sensus et hunc similem necesse est ee' sensu. Erit utiq' hic motus no' sine sensu contingens neq' non senci'entib' inest et multa est s'm ipsum facere et pati h'ns. Et ee' v'am et falsam.

Hec aut' accidit p'p' hec. Primorum quidem sensus est v'us aut quam paucissimum h'ns falsum.

Secundo a' de accidere

fides

et sensus fantasia et opinio

sed et hic iam contingit mentiri. Quod autem enim album non mentitur. si autem hoc album aut aliud mentitur. Tercio est communium et consequencium accidencia hiis in ulti in. Dico autem ut motus et magnitudo accidunt sensibilibus et que est maxime iam decipi secundum sensum. motus autem ab actu factus differt a sensu qui ab hiis tribus sensibus et primus quidem presente sensu verus. alii autem presente et absente sensu erunt utique falsi et maxime cum procul sit sensibile. Siquidem igitur nichil aliud habet que dicta sunt nisi fantasia. hoc autem est quod dictum est fantasiam utique erit motus a sensu secundum actum facto. Quoniam autem visus maxime sensus est et nomen a lumine accepit quoniam sine lumine non est videre. et quia permanent et similes sunt sensibus multa secundum ipsos operantur alia animalia quedam quidem non habent intellectum ut bestie. alia non ex velamento intellectus aliquando passione aut egritudine aut sompno ut homines. De fantasia quidem igitur quid est et propter quid est dictum sit in tantum.

De parte autem anime qua cognoscit anima et sapit sive separabili existente sive non separabili secundum magnitudinem sed secundum rationem considerandum quam habet differentiam et quomodo autem fit ipsum intelligere. Si igitur est intelligere sicut sentire aut pati aliquid utique erit ab intelligibili. aut aliquid huius alterum impassibile igitur oportet esse susceptivum autem speciei. et potentia huiusmodi sed non hoc et similiter se habere sicut sensitivum ad sensibilia. sic intellectum ad intelligibilia. Necesse itaque quoniam omnia intelligit immixtum esse sicut dicit anaxagoras ut imperet. hoc autem est ut cognoscat. secus intus apparens enim prohibebit extraneum et obstruet. quare neque ipsius esse naturam neque unam. sed aut hanc quod possibilis. vocatus itaque anime intellectus. Dico autem intellectum quo opinatur et intelligit anima nichil est actu eorum que sunt antequam intelligere. Unde neque misceri est rationale ipsum corpori. Qualis enim aliquis utique fiet aut calidum aut frigidum. si organum aliquod erit sicut sensitivo. nunc autem nullum est. Et bene iam dicentes sunt animam esse locum specierum. nisi quod non tota sed intellectiva. neque actu. sed potentia species. Quoniam autem non similis. sed autem sit impassibilitas sensitivi et intellectivi manifestum est. ex organis et sensu. sensus non potest sentire. ex valde sensibili ut sonum ex magnis sonis. neque ex fortibus odoribus et coloribus neque videre neque odorare. sed intellectus cum intelligit aliquid valde intelligibile non minus intelligit infima. sed et magis. sensitivum quidem enim non

esse naturam

sine corpore est, hic autem separa-
tus est. Cum autem sic singula
fiat ut sciens dicitur qui secundum ac-
tum. hoc autem confestim accidit
cum possit operari per se ipsum. Est
quidem igitur et tunc potentia quo-
dammodo, non tamen similiter et ante
addiscere aut invenire et ipse
autem se ipsum tunc potest intelligere.
Quoniam autem aliud est ma-
gnitudo et magnitudini esse, et
aqua et aque esse, et sic in multis
aliis, non autem in omnibus; in
quibusdam enim idem esse carnis
et carnem aut alio igitur aut a-
liter habente discernit. Caro enim
non sine materia, sed sicut simum hoc
in hoc. Sensitivo quidem autem et ca-
lidum et frigidum iudicat
quorum ratio quedam caro ad-
autem aut separato aut sicut est
circumflexa se habet ad se ipsam cum
extensa sit carnis esse discernit.
Iterum autem in hiis que abstractio-
sicut ne sunt rectum sicut simum cum con-
tinuo enim. Quod autem quid erat
esse, si est alterum recto esse et rec-
tum, alio; sit enim dualitas. Alio
ergo iterum aut aliter se habente iudicat.
Et omnino igitur sicut separabiles
res a materia sic et que circa intellectum sunt.
Dubitabit autem utique
aliquis, si intellectus simplex est et
impassibile et nulli nichil habet
commune, sicut dicit Anaxagoras,
quomodo intelliget, si intelligere pati ali-

quid est. In quantum enim ali-
quod commune utrisque est, hoc quidem
agere, illud vero pati videtur. Amplius
autem si intelligibilis. Aut enim et ipse
aliis inerit intellectus, si non secundum
aliud ipse intelligibilis est, unum autem ali-
quid intelligibile specie est; aut mixtum ipse
aliquid habebit quod facit intelli-
gibilem ipsum sicut alia. Aut
pati quidem secundum commune aliquid
divisum est prius, quoniam potentia
quodammodo est intelligibilia in-
tellectus, sed actu nichil antequam in-
telligat. Oportet autem sic sicut in
tabula nichil est actu scriptum, quod
autem accidit in intellectu. Et ipse autem
intelligibilis est sicut intelligibilia.
~~hic autem enim~~ In hiis quidem
enim que sunt sine materia idem est
intelligens et quod intelligitur. Scientia
autem speculativa et sic scibile
idem est. Non autem semper intelligendi
causa consideranda. In habentibus autem
materiam potentia solum unumquodque est
intelligibilium. Quare quidem
illis non inerit intellectus; sine materia
enim potentia est intellectus talium, ipsi
autem intelligibile erit. Quoniam autem
in omni natura est aliquid hoc
quidem materia unicuique generi, hoc autem
est potentia omnia illa; alterum autem causa
et factivum, quod in faciendo omnia
ut ars ad materiam sustinuit, necesse
et in anima has esse differentias. Et est
intellectus hic quidem talis in omnia
fieri, ille vero in omnia facere sicut habitus

quoddam sicut lumen. Quodam enim modo et lumen facit potentia existentes colores actu colores. Et hic intellectus separabilis et impassibilis et immixtus, substantia actu ens. Semper enim honorabilius est agens patiente et principium materia. Idem autem est secundum actum scientia rei. Que vero secundum potentiam tempore prior in uno est, omnino autem neque tempore. Sed non aliquando quidem intelligit, aliquando vero non intelligit. Separatus autem est solum hoc quod vere est, et hoc solum immortale et perpetuum est. Non reminiscimur autem quia hoc quidem impassibile, passivus vero intellectus corruptibilis, et sine hoc nichil intelligit. Indivisibilium quidem igitur intelligentia in hiis est circa que non est falsum. In quibus autem et falsum iam et verum est compositio quedam iam intellectuum est sicut eorum que unum sunt. Quemadmodum Empedocles dixit: ubi multorum quidem capita sine cervice germinaverunt, postea composita sunt concordia. Sic et hec separata composita sunt, ut asimetron et diametros. Aut si factorum et futurorum tempus cointelligens et componens. Falsum enim in compositione semper est; et namque si album non album, album componit. Contingit autem et divisionem dicere omnia. Sed igitur est non solum falsum aut verum quod album Cleon est, sed et quod erat aut erit. Unum autem faciens hoc intellectus unumquodque. Quoniam autem indivisibile dupliciter, aut potentia aut actu, nichil prohibet intelligere indivisibile cum intelligit longitudinem; indivisibilis enim actualiter est; et in tempore indivisibili. Similiter enim tempus divisibile et indivisibile longitudini est. Non igitur est dicere quid in medio intelligebat utrumque. Non enim est nisi dividatur, sed potentia. Seorsum autem utrumque intelligens dividit et tempus simul. Tunc autem ut in longitudinem. Si autem ut ex utrisque, et tempore quod in utrisque. Quod autem non secundum quantitatem indivisibile est, sed specie intelligit indivisibili tempore et indivisibili anime. Secundum accidens autem et non in quantum illa divisibilia quod intelligit et in quo tempore, sed in quantum indivisibilia. Inest enim et in hiis aliquid indivisibile, sed forte non separabile, quod facit tempus unum et longitudinem. Et hoc similiter in omni est continuo et tempore et longitudine. Punctum autem et omnis divisio et sic indivisibile monstratur sicut privatio. Et similis ratio in aliis, ut quomodo malum cognoscit aut nigrum; contrario enim quodam modo cognoscit. Oportet autem potentia esse cognoscens et esse in ipso. Si vero alicui non est

Quoniam ipsum se ipsum cognoscit et
actu est separabile. Est autem quod quid est de
aliquo sicut affirmatio verum aut
falsum omnis intellectus autem non omnis
sed cum est ipsius quod quid est secundum hoc et
aliquid erit esse verus est et non
aliquid de aliquo. Sed sicut videre
proprium verum est. Si autem homo albus
aut non non verum semper. Sic autem se
habent quecumque sine materia sunt. Idem autem
autem est secundum actum scientia rei. Que autem
secundum potentiam tempore prior est in uno.
omnino autem neque tempore. Sunt enim
ex actu ente omnia que fiunt. Videtur
autem sensibile et potentia existente sensitivo
actu agens. non enim patitur neque
alteratur. unde alia hec species motus.
motus enim imperfecti actus. Simpliciter
autem actus alter qui perfecti. Sentire
quidem igitur simile est ipsi dicere
solum et intelligere. Cum autem delec-
tabile aut triste aut affirmans
aut negans prosequitur aut fu-
git. et est delectari et tristari
agere sensitiva medietate ad
quod bonum aut malum in quan-
tum talia. Et fuga autem et
appetitus hec que secundum actum
et non alterum appetitivum et fugi-
tivum neque ab invicem neque a sensitivo
sed esse aliud est. Intellective autem
anime fantasmata ut sensibilia
sunt. Cum autem bonum aut malum
affirmat vel negat et fugit
aut prosequitur. propter quod nequaquam
sine fantasmate intelligit anima.

sicut enim aer pupillam hoc fecit ipsa
autem alterum et auditus similiter. Sed
ultimum unum et una medietas
esse autem ipsi plura. Quo autem discernit
quo differt dulce et calidum dic-
tum est quidem et prius. dicendum
autem et nunc. est enim aliquid unum. sic
autem et terminus et hec in proportionali
autem et numero ens unum habet ad utrumque
sicut alia adinvicem. Quid enim
differt non homogenea iudicare vel
contraria ut album et nigrum. Sit igitur
sicut a album ad b nigrum. g
ad d. sicut alia adinvicem quare
et permutatim. Si igitur g d uni sit
existentia sic habebunt sicut et a b.
id quidem esse autem non idem et illud
similiter autem et d est et si a quidem
dulce sit b vero album. Species quidem
igitur intellectivum in fantasmati-
bus intelligit et sicut in ~~[illegible]~~ illis deter[illegible]
ac non est ipsi imitabile et fugi-
endum et extra sensum cum in fan-
tasmatibus sint movetur. Ut sen-
ciens fugibile quia ignis cog-
noscit in terra, quod motus communi
impugnans alia autem que sunt in anima
fantasmatibus aut intellectibus
tamquam videns ratiocinatur et deli-
berat futura ad presentia et cum
dicit et ibi letum aut triste hic fu-
git aut imitatur. Et omnino in actione
et extra sine actione verum et falsum Falso
non in eodem genere est bono et
malo. Sed in eo quod simpliciter differt. ideo
Que autem secundum abstractionem dicta intelligit

Sicut simum secundum quod simum non
separatum magnitudinem; sed curvum si aliqui
intellexerit actu sine carne utique in
telligeret in qua curvum sic mathematica
non separata tamquam separata sunt
intelligit, cum intelligit illud. Omni-
no autem intellectus est qui secundum
actum res intellectum. Aut contingit
aliquid separatorum intelligere ipsum
existentem non separatum a magni-
tudine ~~non~~ considerandum postea.
Nunc autem de anima dicta re-
capitulantes, dicamus iterum quod
omnia ea que sunt quodammodo
est anima. Aut enim sensibilia
que sunt aut intelligibilia. Est
autem scientia quidem scibilia quo-
dammodo, sensus autem sensibilia. Quo-
modo autem hec sit oportet inquirere.
Secatur autem scientia et sensus
in res. Que quidem potentia in ea que
sunt potentia, que vero actu in ea que sunt actu.
Anime autem sensitivum et quod
scire potest potentia hec sunt, hoc quidem
scibile, illud vero sensibile. Necesse
est aut ipsa aut species esse.
Ipsa quidem igitur non sunt. Non enim
lapis in anima est, sed species. Quare
anima sicut manus est. Manus enim
organum organorum, et inte-
llectus species specierum et sensus
species sensibilium. Quoniam autem
nec res nulla est preter magni-
tudines, sicut videtur, sensibilia
separata, in speciebus sensibilibus
intelligibilia sunt, et que ab-

stractione dicuntur et quecumque
sensibilium habitus et passiones.
Et ob hoc neque non sentiens nihil u-
tique addisceret neque intelligeret. Sed
cum speculetur, necesse simul fanta-
smata aliquid speculari. Fantasma-
ta enim sicut sensibilia sunt
preter quod sunt sine materia. Est autem fan-
tasia alterum affirmatione et ne-
gatione. ~~compositio~~ enim intellec-
tuum est verum aut falsum. Primi-
tivi autem intellectus quid differ-
ent ut non fantasmata sint?
aut neque alii fantasmata, sed non
sine fantasmatibus. Quoniam autem
anima secundum duas diffinita est
potentias, que animalium est, et discre-
tio quod intellectus opus est et
sensus, et adhuc in movendo
secundum locum motum, de sensu qui-
dem et intellectu determinata
sunt tanta. De movente autem
forte sit anime speculandum
est, utrum una quedam pars ipsius
sit separabilis aut magnitudine
aut ratione, aut omnis anima, et
si pars alia, utrum preter quas consuetas
consuetas dici et dictas, aut
harum una aliqua. Habet autem dubitatio-
nem mox quomodo oportet partes anime
dicere et quot. Non enim quodam-
modo infinite videntur et non solum quas
quidam dicunt determinantes ra-
tionativam et irascibilem et concupi-
scibilem, hi autem rationem habentem et irra-
tionabilem. Secundum enim differentias per quas has

semper et aut aliquid intendens preter
maiorem distantiam huius habentes decla-
ratum et nunc dictum est. vegetativa enim
que in plantis inest et omnibus animali-
bus. et sensitiva quam neque sicut irrationale
neque sicut rationem habentem ponet quis
utique facile. Adhuc autem et fantas-
tica que esse quidem ab omnibus
altera est. Cui autem horum eadem vel
altera sit habet multam dubitationem. si
aliquis ponat separatas partes anime.
Adhuc autem appetitiva que et ratione
et potentia altera videbitur utique esse ab omni-
bus. et inconveniens utique hoc
sequestrare. In rationativa enim
voluntas fit. cum irrationabili
concupiscentia et ira. si autem tria anima
in unaquaque erit appetitus. Et
etiam de quo nunc sermo instat
quid movet secundum locum animal est. si
quid enim augmenti et decre-
menti motum ~~qui omnibus inest~~
Qui omnibus inest videbitur movere
generativum et vegetativum. De respi-
ratione autem et expiratione et
sompno et vigilia. posterius perspi-
ciendum. habent enim et hec dubitationem
multam. Sed de motu secundum lo-
cum quid movet animal secundum processi-
vum motum considerandum. Quod
quidem igitur non vegetativa potentia
manifestum. Semper enim propter aliquid
motus hic et aut cum fantasia
aut appetitu est. nichil enim
non appetens aut fugiens movetur
nisi aut violentia. Amplius

et plante utique essent motive et
utique haberent aliquam partem organi-
cam ad motum hunc. Similiter
autem neque sensitivum. multa enim sunt
animalium que sensum quidem habent manen-
cia autem et immobilia sunt per finem.
Si igitur natura non facit frustra nichil
neque deficit in necessariis nisi in orbatis
tibus et imperfectis. huiusmodi autem animalium
perfecta et non orbitates sunt. signum
autem est ~~quia~~ quia generativa
sunt et augmentum habent et decre-
mentum. quare et haberent utique
partes organicas progressionis. At
vero neque rationativa et vocatus
intellectus est movens. Specu-
lativus autem enim nil specu-
latur actuale. neque dicit de fugi-
bili et prosequibili. semper autem mo-
tus aut fugientis. aut prosequen-
tis aliquid est. Sed neque cum specu-
latur sunt aliquid huiusmodi
iam precipit aut prosequi aut
fugere. puta multotiens intelligit
terribile aliquid. aut delectabi-
le. non iubet autem timere. sed
cor movetur. si autem delectabile al-
tera aliqua pars. Amplius et pre-
cipiente intellectu et dicente
mentia fugere aliquid. aut prose-
qui non movetur. sed secundum concu-
piscentiam agit ut incon-
tinens et totaliter autem vi-
demus quoniam habens me-
dicativam non sanatur. Tan-
quam alterius quod sit preceptum

agere secundum scientiam. sed non scientie. At vero neque appetitus hic motus dominus est. abstinentes enim appetentes et concupiscentes et non operantur quorum habent appetitum. sed sequuntur intellectum.

Videntur autem duo hec moventia aut appetitus aut intellectus. si aliquis fantasiam ponat sicut intelligentiam quandam. multa enim preter scientiam sequuntur fantasias et in aliis animalibus non intelligentia neque ratio est. sed fantasia. utraque ergo motiva secundum locum. Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur et qui practicus est. differt autem a speculativo fine. Et appetitus propter aliquid omnis est. cuius enim appetitus hic principium practici intellectus. ultimum me cia appetitus et intelligentia practica appetibile enim movet. propter hoc intelligentia movet. quia principium hoc est quod appetibile. Et fantasia autem cum moveat non movet sine appetitu. unum ergo movens quod appetibile. Si enim duo intellectus et appetitus moverent. secundum communem utique aliquam speciem moverent. nunc autem intellectus non videtur movens sine appetitu. voluntas enim appetitus est. Cum autem secundum rationem movetur et secundum voluntatem movetur. appetitus autem movet preter rationem. Concupiscencia enim. appetitus quidam est.

Intellectus quidem igitur omnis rectus est. appetitus autem et fantasia. et recta et non recta. unde semper quidem movet appetibile. sed hoc est bonum aut apparens bonum. Non omne autem sed actuale bonum. actuale autem est contingens et aliter se habere. quod quidem igitur huiusmodi potentia anime movet que vocatur appetitus manifestum est. Dividentibus autem anime partes si secundum potentias dividant et separent. valde multe fiunt vegetabile. intellectivum consiliativum. adhuc appetitivum. hec enim plus differunt abinvicem quam concupiscencie et irascibile. Quoniam autem appetitus fiunt contrarii ad invicem. hoc autem accidit cum ratio et concupiscencie contrarie fiunt. fit autem in temporis sensum habentibus. intellectus quidem enim propter futurum retrahere iubet. Concupiscencia autem propter ipsum iam. videtur enim quod iam delectabile et simpliciter delectabile. et bonum simpliciter propterea quod non videtur quod futurum. Specie quidem igitur unum erit movens appetibile aut appetitivum. primum autem omnium appetibile. hoc enim movet cum non movetur eo quod sit intellectum aut ymaginatum. numero autem plura moventia.

Quoniam autem tria sunt unum quidem movens. secundum autem quo movet. et tertium quod movetur. movens autem duplex. aliud quidem immobile. aliud autem quod movetur. Est autem immobile actuale bonum. movens autem et quod movetur appetitivum. movetur enim quod appetit. secundum quod appetit. et appetitus actus. aut motus quidam est. quod autem movet animal est quo iam movet organo appetitus iam hoc corporeum est. unde in communibus corporis et anime operibus considerandum est de ipsis. nunc autem ut in summa dicatur. movens organice ubi principium et finis idem. velut gingilimus. hic enim gibbosum et concavum. hoc quidem finis illud vero principium. unde aliud quidem quiescit. aliud vero movetur. ratione quidem altera existentia magnitudine vero inseparabilia. omnia enim pulsu et tractu moventur. propter quod oportet sicut in circulo manere aliquid. et hinc incipere motum. Omnino quidem igitur sicut predictum est. in quantum appetitivum animal sic ipsius motivum est. appetitivum autem non sine fantasia. fantasia autem omnis rationalis aut sensibilis est. hac quidem igitur et alia animalia participant.

Considerandum autem et de imperfectis quid movens est. quibus tactus solum inest sensus. utrum contingat fantasiam inesse hiis. aut non. et concupiscentiam. videtur enim tristicia et leticia inesse. si autem hec et concupiscentiam necesse. fantasia autem quomodo utique inerit. aut sicut moventur indeterminate et hec insunt quidem. indeterminate autem insunt. Sensibilis quidem igitur fantasia sicut dictum est et aliis animalibus inest. deliberativa autem in rationalibus. utrum enim aget hoc. aut hoc iam rationis est opus et necesse uno mensurare. maius enim imitatur. Quare potest unum ex pluribus fantasmatibus facere. Et hec causa eius quod opinionem non putatur hec animalia habere. quia ex sillogismo non habent. hec autem illam. propter quod deliberativum non habet appetitus. vincit autem aliquando et movet deliberationem. aliquando autem movet se ipsum sicut spera appetitus appetitum. cum incontinencia fiunt. natura autem semper que sursum principalior est et movens. ut tribus lationibus movetur. Scientiale autem non movetur. manet. Quoniam autem hec quidem universalis existimatio et ratio alia vero particularis. hec quidem enim dicit. quod oportet talem talia agere. hec autem quod hoc quidem tale et ego talis. iam hec movet opinio non que universalis aut ambe. sed que quiescens magis. hec autem non. Escam quidem igitur animam necesse est habere omne quod

s[ecundu]m quod in deliberativis valde movet ... movet

Fantasia

et animam habet generatione usque
ad corruptionem necesse est enim
quod generatum augmentum
habere et statum et detrimentum.
hec autem sine alimento impos
sibile. necesse ergo in omnibus vegetabi
lem potentiam in omnibus generatis et
corruptibilibus. Sensum autem
non necesse in omnibus viventi
bus. neque enim quorum corpus
simplex contingit habere tactum.
neque enim sine hoc possibile esse
nullum animal. neque quecumque non
susceptiva specierum sine materia.
Animal autem sensum habere si nichil
frustra facit natura. propter enim
aliquid omnia que sunt natura
existunt aut consequentia sunt eo
rum que sunt propter aliquid. si ergo
omne progressivum corpus non habet
sensum corrumpetur utique et ad fi
nem non utique veniet qui est na
ture opus. quomodo enim manen
tibus quidem erit quod inde
nata sunt. non potest autem cor
pus habere quidem animam et intellec
tum discretivum sensum autem non habere
non manentium existens generabi
le autem. At vero neque ingenerabile.
Quare enim non habebit aut enim
anime melius aut corpori. nunc
autem neutrum est. hec quidem
enim non magis intelliget.
hoc autem nichil erit magis propter
illud. Nullum ergo habet animam
corpus aut manens sine sensu.

At vero si sensum habet necesse
est corpus esse aut simplex aut
mixtum. impossibile est autem
simplex. tactum enim non habebit.
est autem necesse hunc habere. hoc
autem ex hiis manifestum. quo
niam enim animal corpus anima
tum est. corpus autem omne
tangibile. tangibile autem quod sen
sibile tactu. necesse et animalis cor
pus tactivum esse. si debet salvari al.
alii sensus enim per alia senti
unt ut olfactus visus auditus.
tactum autem nisi habeat sensi
non poterit hec quidem fugere il
la vero accipere. Si vero hoc impos
sibile erit salvari animal. propter quod
et gustus est sicut tactus quidam.
alimenti enim. alimentum autem
corpus tangibile. Sonus
autem et color et odor non
alunt neque faciunt augmentum
neque detrimentum. Quare et
gustum necesse tactum quendam
esse. Quia tangibilis necesse et
vegetativus sensus est. Hii quidem
ergo necessarii sunt animali quo et
manifestum quod non possibile
sine tactu animal esse. Alii autem
propter bonum generabilium iam non
cuiuscumque. sed quibusdam ut progressi
vo. necesse in esse. si enim debet salva
ri non solum tactum oportet senti
re. sed et de longe. hoc autem erit
si per medium sensitivum sit eo
quod illud quidem a sensibili patiatur

et moueat ipm aut ab illo. ac
enim mouens pm locum usq aliqi
bi pinquitatem facit et depellens
altum facit. et ut pellat et est
p medium motus. et primum q
dem mouens depellit et no de
pellitur. ultimum ac solum depe
llitur. no depellit medium aut
utraque. multa autem media. sic
in alteratione. pt quod unu ma
nens in eodem loco alterat ut si
in ceram tinxit aliquis usq ad
illud mota est. usq tanxit. lapis
autem nichil. s aqua usquequo
paul aer autem ad plurimum mo
uetur. et facit et patitur. Si
maneat et unus sit. unde et de
repercussione est melius quam
uisum egredientem reperti
aerem pati a figura et colore
usquequo autem sit unus. In
lenem autem est unus. pp quod
iterum hic uisum mouebit sicut
utique si in cera sigillum ingre
deretur usq ad finem. Quod
autem impossibile sit simplex
ee animal corpus manifestum
est dico puta igneum aut
aereum sine enim autem tac
tu. in unum contingit aliud
sensum hre. corpus enim tac
tiuum animatum. omne sicut
dictum est. alia autem pt ti
num sensitiua autem utique
fiet. Omnia autem eo qd
p alterum sentire faciunt sen

sum et p medium. Tactus aut
est in tangendo ipa. pp quod et
hz hoc nomen. et omnia alia sens
tactum sentiunt. s p alia. hic
autem uidetur solus p ipm. Quare
huiusmodi elementorum nullum utiq
erit corpus animal. neq terre-
neum. Omnium enim tangibi
lium tactus est sicut medietas
et susceptiuus sensus no solum
quecumque dre terre sunt. s cali
di et frigidi. et aliorum omnium
tangi possibilium. et pp hoc ossi
bus et capillis et hmi partibus no
sentibis. quia terre sunt plante et
ob hoc nullum hnt sensum quo
niam sunt. sine autem tactu. in
unum possibile est aliud ee.
hic autem sensus no est neque
terre alius elementorum nullius mani
festum quod. quia necesse hoc solo p
uatis sensu animalia mori. ne
enim hnt possibile est hre no
animal existens. nec cum sit animal
necesse est hre pt hunc. et pp hec
autem alia sensibilia excellen
cias no corrumpunt animal ut colo
et sonus. s solum sensus nisi
pm accidens. puta simul cum odore
pulsio fiat et ictus et auditus et
odore. alia mouent que tac
tu corrumpunt et humor aut
pm quod simul accidit tactiui
ee sic corrumpat. Tangibi
lium aut excellencia ut calido
rum et frigidorum et durorum

corrumpit animal. omnis quod'
sensibilium superfluitas corrumpit
sensum. Quare quod et tangi
potest tactum autem h' determina
tum est. nu~e. sine autem tactu
monstratum est. quod impossibile est
animal esse. Unde tangibilium ex
cellencia non solum corrumpit
sensum. sed et animal. quia necesse
solum hunc habere. alios autem qui
habet animal. sicut dictum est non
propter esse. sed propter bene. ut visum quoniam in
aere et aqua. ut videat omnino autem
quoniam in dyafano. gustum habet propter
delectabile et triste. ut sentiat quod in
alimento et concupiscat et mo
veatur. auditum autem ut significetur
tur aliquid ipsi. linguam autem
habet. quatinus significet aliquid alii.

Explicit liber tercius de
anima. Incipit de sen
su et sensato.

De anima autem
de anima secundum
ipsam determina
tum est et
de virtutum
qualibet ex par
te ipsius consequens
facere considerationem de
animalibus et vitam habentibus omnibus

que sunt proprie et communes operationes eo
rum. Que quidem dicta sunt de anima
supponantur. De reliquis autem dicamus
et primum de primis. Videntur autem
maxime et communia et propria alii
communia. Ut et corporis et anime.
puta sensus et memoria et ira
et desiderium. et omnino appetitus
et cum hiis gaudium et tristicia
et enim hec fere insunt omnibus
animalibus. Cum hiis autem
hec autem omnium sunt participancium
vita communia. hec vero alium
animalium quedam existunt autem horum ma
xime quatuor coniugia numero. velud
vigilia sompnus. et iuventus et
senectus. et respiracio et expira
cio. et vita et mors. De quibus
considerandum quid est unumquodque
eorum et quibus propter causas accidit. Ver
um physici est de sanitate. et in
firmitate. prima invenire principia. Nec
enim sanitatem. nec infirmitatem
possibile esse carentibus vita. quare
fere plurimorum physicorum et medicor
um magis physice artem prosequentes
hii quidem finiunt ad ea que de me
dicina. hii vero et hiis que de na
tura incipiunt de medicina. Quod
autem omnia dicta communia sunt anime
et corporis non est immanifestum. omnia
enim. hec quidem cum sensu accidunt. hec
vero per sensum. quedam autem horum quidem
dem passiones huius existunt.
hec vero habitus. hec autem conservationes
et salutaria. hec vero corruptiones

et passiones. Sensus autem quoniam
per corpus fit anime manifestum et per
sermonem et absque sermone. Sed de sen
su et sentire quid sit et quare accidit
animalibus hec passio dictum est prius
in hiis que de anima. Animalibus autem
secundum quod animal necesse est unicuique
quoniam tactus et gustus hec sensum
per hunc enim determinamus animal
esse et non animal. Proprie autem unicui
cuique tactus et gustus insequuntur
omnia necessario. Tactus autem propter dic
tam causam in hiis que de anima.
Gustus vero propter escam: delectabile
enim et tristabile discernit ipso circa
escam, ut hoc autem fugiat
hoc autem persequatur. Et omnino
sapor est nutritive partis anime
passio. Sensus autem qui per exte
riora progredientibus ipsorum, ut
quemadmodum odoratus, auditus, visus,
omnibus quidem habentibus inest causa sal
utis insunt, ut presentientia perse
quantur alimentum, mala autem et corru
ptiva fugiant. Annuntiant differentias
ex quibus contemplabilium intellectus
dictorum et agibilium. Horum au
tem ad necessaria quidem melior
est visus per se, secundum se ad intelligentiam
et secundum accidens auditus. Multas quidem
tem enim differentias et multimodas
visus annuntiat propter hoc quod omnia
corpora colore participant. Quare et communia
magis per hunc sentiuntur. Dico
autem communia: magnitudinem, mo
tum, figuram, numerum. Auditus autem

soni tantum differentias, paucis autem et eas
que vocis. Secundum vero accidens ad prudentiam
tiam auditus plurimam confert par
tem. Sermo enim audibilis existens causa
est discipline, non secundum se sed secundum ac
cidens. Ex nominibus enim constat. No
minum vero unumquodque symbolum
est. Quare sapientiores orba
tis a nativitate privatorum utrisque sen
su sunt ceci mutis et surdis. De
virtute utriusque quidem horum sensuum uni
uscuiusque dictum est.

In quibus autem sunt sensitivis
instrumentis. Nunc autem
querunt secundum elementa corporum. Non po
tentes autem ad quattuor omnia
existentibus copulare, circa quintum de
quinto faciunt. Autem omnes
et visum ex passionis cuiusdam
ignorantes causam. Constricto enim
et moto oculo videtur ignis lu
cere. Hoc autem in tenebris habet ac
cidere et palpebris supervelantibus:
fiunt enim et tunc tenebre.
Habet autem dubium hec et
aliam. Si enim non est latere
sentientem et videntem visi
bile, quod necesse erit sentire se ipsum.
Quare igitur quiescente illo hoc
non accidit. Cause quidem hec et obiec
tionis et putandi igneum visum
esse hinc sumenda. Levia enim
in tenebris nata sunt fulgere,
non tamen lucem facere oculi. Ante
parentium igitur et medium leve
accidit autem hec moto oculo quia

accidit quod duo fieri unum hec autem celeritas facit motus ut uideatur illud esse uidens et uisum. quare et non fit nisi celeriter et in tenebris hoc accidat. leue enim in tenebris natum est fulgere quemadmodum quedam capita piscium et sepie atramentum. et leniter moto oculo non accidit ut uideatur simul unum et duo esse uidens et uisum. illo autem modo et ipse se ipsum uidet oculus quemadmodum et in refractione. Quoniam si ignis esset ut dicit empedocles et in thymeo scribitur et accideret uidere exeunte quemadmodum ex lucerna lumen. quare non in tenebris uidetur uisus utique. Dicere autem quod extinguitur in tenebris egrediens dicit uanum est omnino. que enim extinctio luminis est. extinguuntur enim aut humido aut frigido calidum et siccum. qualis uidetur quidem in carbonibus ignis et flamma quarum neutrum in lumine apparet existens. Si igitur est quidem sed propter debilitatem latet nos oportebat per diem et in aqua extingui lumen et in glaciebus magis fieri tenebras. flamma enim et ignita corpora patiuntur hec. Nunc autem nichil tale accidit. empedocles autem existimare quod exeunte lumine sicut dictum est prius uidere aut enim ut quidam aut prope gressum meditans preparauit lucernam hyemalem per noctem, ignis ardentis accedens ut omnium uentorum impetus prohibeat uento rum. enim spiritum dispergit flammam lumen autem exterius dissiliens. quantum magis extensum fuit illustrat per uelum domicilis. sic quod in igne conditum antiquum lumen tenuibus linteis dissimulatur oculo pupillam que aqua autem per fundum reuelauerunt eam fluentis luminis. et exterius peruenit quod uulgaris ex pulsum fuit. aliquando autem quidem sic uidere. aut aliquando ex defluxionibus hiis que uidentur. Democritus autem quoniam quidem aquam dicit esse. bene dicit quia et putauit ipsum uidere esse illam apparitionem non bene. hec enim accidit quoniam oculus leuis est. et est non in illo sed in uidente passio enim refractio est. sed omnino de apparentibus et de refractione non dum ipsi manifestum erat ut uidetur. Inconveniens autem et non superuenire ipsi dubitare quare solus oculus uidet. aliorum autem in quibus apparent ydola. Quod uisus quidem est aqua uerum. non autem non accidit uidere secundum quod aqua est. sed secundum quod est. sed secundum perspicuum quod et aeri commune est. sed magis seruabilius est aqua aere et magis spissum. Quare pupilla et oculus aqua sunt

et hec est quod in operibus ma
nifestum videtur enim aque eorum
dissoluti corruptis oculis et in om
nino formatis frigiditate exce
dens et claritate et album oc
uli infantibus sanguinem pi
gue et cessum ipse hec est ut p
maneat humidum et incoa
gulatum et ideo corporis minime
rigens est oculus. nulli enim
animalium quod infra palpebras est
rigent animalium ideo que
sine sanguine sunt dure pelles
sunt oculi et hec facit protectio
nem. Irrationabile omnino
est exeunte quodam visum vi
dere et aut extendi usque ad as
tra aut quodam tenus procum
te condisere sicut quidam dicunt.
Isto enim melius est in principio
conmingi oculi sicut debebat stultum
Quid enim coniungi est lumi
vel quomodo possibile hec esse. Non enim
quodlibet conmingitur cum libet. et
interius exteriori. quomodo miriga
enim interest. Quod autem quod
sine lumine impossibile est
videre dictum est alias. Sed
siue lumen sive aer est quod est
inter rem visam et oculum mo
tus eum per ipsum facit videre. et
rationabilius quod interius aque est.
aqua enim perspicua. Videre
autem sicut exterius non sine
lumine ita et interius. perspicuum
ergo oportet esse. necesse ergo aquam esse quia
non est aer. Non enim in ultimo
oculi anima. aut anime sensi
tiuum est. sed manifestum quoniam interius
quare necesse perspicuum est et re
ceptibile luminis. quia interius
oculi. et hec etiam ab accidenti
bus manifestum. Iam enim quibusdam
tam vulneratis in bello circa
tympora ita absciderentur pori
oculi. accidit fieri tenebras. sicut lu
cerna extincta. eo quod quasi
lampas quedam abscisa fuit
perspicuum vocatum pupilla.
Si igitur siquidem in hiis
accidit. sicut dicimus manifestum quod
sic oportet secundum hunc modum attribuere
et assignare unumquodque sensitiuorum
vnum unum elementorum oculi quidem
visiuum aque existimandum.
Aeris uero sonorum sen
sitiuum ignis autem odoratum.
Quod enim actu odorat hoc
potentia odoratiuum. Sensibile enim
facit agere sensum. quare necesse est
se ipsum potentia prius. Odor vero fum
alis euaporatio est fumalis autem euap
oratio ab igne propter quod et circa cerebrum
loco odoratiuum proprium sensitiuum
est. potentia enim calida quidem frigidi
tas est et oculi autem generatio eundem
hunc modum a cerebro enim
constat. Cerebrum autem fri
gidius et humidius omnibus
partibus corporis. Tactiuum autem
terre. gustatiuum vero species quedam
tactus est et ideo circa cor sensitiuum

est ipsorum. Gustus et tactus cor, hoc enim oppositum est cerebro, et est calidissimum partium. Et de sensitivis autem partibus corporis hec modo sit determinatum.

De sensibilibus autem his secundum unumquodque sensiterium, puta dico colore et sono et odore et gustu et tactu, universaliter dictum est que actio ipsorum in his que de anima et quid operatio secundum unumquodque sensitivorum. Quid autem quod oportebit dicere quodlibet ipsorum, scilicet quid color, quid sonus, quid odor, quid sapor, similiter et de tactu considerandum est. Et primum de colore. Est autem quidem utrumque dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quomodo quidem igitur actu color et sonus, quomodo est idem aut alterum his qui secundum actum sensibus, puta visioni et auditioni, dictum est in eis que de anima. Quid autem unumquodque ipsorum existens faciat sensum et actum nunc dicamus.

Quemadmodum igitur dictum est de lumine in aliis quod sit color perspicui secundum accidens; cum enim inest aliquod ignitum in perspicuo, presentia autem lumen est, privatio vero tenebrositas. Quod autem dicimus perspicuum non est proprium aeris aut aque nec alicuius sic dictorum corporum, sed est quedam communis natura et virtus que separata quidem non est, in his autem est et in aliis corporibus, in his quidem magis, in his vero minus.

Quemadmodum igitur et corporum necesse est ultimum esse et huius. Luminis quidem igitur natura in indeterminato perspicuo est; ipsius autem quod in corporibus perspicui ultimum quod quidem erit utique, ad palam quod hoc sit color, ex accidentibus manifestum. Etenim color in extremitate aut extremitas est. Unde Pythagorici epiphaniam colorem vocabant. Est quidem enim in corporis extremitate, sed non est extremitas corporis, sed eandem naturam oportet existimare que extra colorari hanc et intus. Videntur autem et aer et aqua colorata, et enim aurora tale. Sed ibi quidem quia in indeterminato, non eundem colorem habet accedentibus prope et longe, nec aer nec mare. In corporibus vero, nisi continens faciat transmutationem, determinata est et fantasia coloris. Manifestum igitur quod idem et ibi et hic susceptivum coloris est perspicuum. Igitur secundum quod existit in corporibus, inest autem plus aut minus in omnibus, colores facit participari. Quoniam autem in extremitate color, huius utique extremitate aliqua erit. Quare color utique erit perspicui extremitas in determinato corpore. Et ipsorum autem perspicuorum, puta aque et siquid aliud tale, quorumque videtur aliquis color proprius esse, secundum extremitatem similiter omnibus inest. Est igitur in eo quod in perspicuo hoc quod

quidem et in aere facit lumen est
aut non. Sed privatum esse. Quemad-
modum in hoc quidem lumen est, autem
non, sic privatum esse corporibus inest
album et nigrum. De aliis autem
coloribus iam distinctis quot mo-
dis contingit fieri dicendum. Con-
tingit enim secundum iuxta positionem
albo et nigro ita quod utrumque
eorum sit invisibile propter parvitatem,
quod autem ab ambobus visibile
sic fieri. Hoc enim neque album potest
videri neque nigrum. Quoniam autem
est quendam colorem habere neutrum
autem horum possibile est, necesse est com-
mixtum esse et speciem quandam colo-
ris aliam. Est autem quidem sic ac-
cipere plures colores esse quam al-
bum et nigrum. Multos autem proportione.
Tria enim ad duo et tria ad quatuor,
et secundum alios numeros est secundum in-
vicem iacere. Hii autem omnino secundum
nullam proportionem sunt et secundum su-
perabundantiam quandam et defectum
incommensurabilem. Eodem itaque modo
habere et hos ut consonantias. Etenim qui-
dem in numeris proportionalissimis co-
lores quemadmodum ibi consonantie,
hii autem delectabilissimi colorum esse
videntur, velut coccineus et pu-
niceus. Pauci autem tales propter
eam propter quam autem et sympho-
nie pauce. Alii autem non
in numeris alii colores, vel etiam
omnes colores in numeris esse ordi-
natos / autem et hec non cum

inordinatos

non puri sint, quia non sint in
numeris tales fiunt. Unus quidem modus
modus generationis colorum hic est,
unus autem apparere per alterutrum,
admodum aliquando pictores fa-
ciunt alterum super alterum manife-
stiorem supponentes, quemadmodum qui
in aqua vel in aere volunt aliquid
facere apparens, et quemadmodum sol secundum
se quidem albus videtur, per cali-
ginem vero et fumum puniceus. Multi
autem et sic erunt colores eodem modo
prius dicto; proportio enim erit utique
quedam eorum que in superficie ad
ea que in profundo. Quedam autem
et omnino non sunt in proportione.
Dicere autem sicut antiqui
defluxionem esse colorem etiam in-
conveniens. Omnibus enim modis
per tactum necesse ipsis facere sensum.
Quare mox melius est dicere per
motum medii medium sensum a sensi-
bili fieri sensum quam tactu et de-
fluxionibus. Secundum iuxta positionem
autem quidem ponentibus necesse sicut et
magnitudinem accipere invisi-
bilem ita et tempus insensibile
ut lateant motus pervenientes
et unum putetur esse propter simul a-
pparere. Hic autem nulla necessitas,
sed quod in superficie color immobilis
enim et motus a subposito non si-
milem faciet motum. Quare
alius apparebit, et nec album nec
nec nigrum. Quare si non conti-
git nullam magnitudinem esse

invisibilem fieri quamlibet ab aliqua distantia insensibilem. Et hec quidem inter colorum commixtio et illo autem modo nichil obstat quin appareat quandam colorem communem esse alonge. Quod enim non est illa magnitudo invisibilis in eis que deinceps consideratum est. Si autem commixtio est corporum non solum secundum hunc modum quem putant quidam solum scilicet invicem positis minimis in manifestis autem nobis sensui, sed omnino apud omne sicut in eis que de commixtione dictum est universaliter de omnibus, illo enim non miscetur nisi solum. Quemadmodum contingit dividere id in minima, quemadmodum homines equis aut semina. Hominum enim hominem minimum, equorum vero equum. Quare horum secus invicem positione multitudo commixta est que simul utrorumque hominem vero unum uni equo non dicimus commisceri. Quecumque vero non dividuntur ad minima horum commixtionem non contingit fieri secundum hunc modum, sed per commisceri ex toto, que autem maxime commisceri nata sunt. Quomodo autem hoc fit possibile prius in eis que de mixtione dictum est prius. Simul autem fit necessarium commisceri illis et colores mixtos. Manifestum est et hanc esse principalem causam quod multi sunt colores, sed non superpositionem nec secus invicem positionem. Non enim de longe quidem, de prope autem non, sed in omni commixtorum colorum secundum invicemque.

Multi autem erunt colores quoniam multis contingit proportionibus commisceri sibi invicem. Commixta et hec quidem in numeris, hec autem secundum superabundantiam solum. Et illi eodem modo quo autem in invicem positis coloribus et superpositione contingit dicere et de commixtis. Sed qua de causa colorum species terminate et non infinite et saporum et sonorum posterius intendendum. Quid quidem igitur est et color et qua de causa multi colores dictum est; de sono autem et de voce prius in his que de anima est dictum.

De odore vero et sapore dicendum. Fere enim eadem est passio, non in eisdem autem est utrumque eorum. Manifestius autem est nobis saporum genus quam odoris. Huius autem causa quod peiorem habemus aliis animalibus odoratum et ipsius sensibilium in nobis. Tactum vero certissimum aliorum animalium, gustus autem tactus quidam est. Que quidem igitur aque natura vult insipida esse, necesse est itaque aut aquam habere genera saporum insensibilia propter parvitatem, sicut Empedocles dicit, vel esse talem materiam quandam panspermiam saporum et omnia quidem esse ex aqua fieri, alia quidem ex alia parte, vel nullam habere differentiam, aquam faciens autem esse aut calidum

et solem dicat causas. hominum autem
sicut empedocles dicit multum ap
tum inaudivimus. Videmus enim
commutari per calorem sapores.
oblatis fructibus ad solem et
ignitis et tanquam non in ab
aqua trahere sapores tales fac
tos. sed in ipso fructu transmutatos
et residentes. et iacentes per
movet ipsum in rectum et iterum circulo movetur eo quod inequales sunt rotae; minor enim quasi centrum fit quemadmodum in cylindris. Sic et animalia moventur. Habent enim organa eiusmodi naturam nervorum et eam quae ossium; haec quidem ut ibi lignum et ferrum, illa autem ut stuppae, quibus solutis et remissis moventur. In automatis quidem igitur et curribus non est alteratio, etiam si fiant minores quae intus rotae et iterum maiores, et sic circulo item moveantur. In animali autem potest et maius et minus fieri et figuras permutari, augmentatis partibus propter calorem et iterum per frigiditatem et alteratis. Alterant autem fantasiae et sensus et meditationes. Sensus enim statim sunt alterationes quaedam existentes; fantasia autem et intelligentia habent rerum virtutem. Quodam enim modo species intellecta calidi aut frigidi aut delectabilis aut contristabilis talis existit qualis quidem et rerum unaquaeque; propter quod tremunt et timent intelligentes solum. Haec autem omnia passiones et alterationes sunt. Alteratis autem in corpore haec quidem maiora, haec autem minora fiunt. Quod autem modica permutatio facta in principio multas et magnas facit differentias et distantes non immanifestum; velut gubernaculo secundum aliquid in modicum transposito magna prore fit transpositio. Adhuc autem secundum caliditatem aut frigiditatem aut secundum aliam aliquam talem passionem cum fiat alteratio circa cor et in hoc secundum magnitudinem insensibili parte multam facit corporis differentiam in ruboribus et palloribus et tremoribus et timoribus et horum contrariis.

Principium autem, quemadmodum dictum est, motus quod in operabilibus prosequibile et fugibile. Ex necessitate autem consequitur meditationem et fantasiam ipsorum caliditas et frigiditas. Contristabile enim fugibile, delectabile autem prosequibile; sed latet circa modica accidens hoc. Sunt autem tristabilia et delectabilia omnia fere cum frigiditate aliqua et caliditate. Hoc autem palam ex passionibus. Audaciae enim et timores et ad venerea motus et alia corporalia contristabilia et delectabilia haec quidem secundum partem cum caliditate aut frigiditate sunt, haec autem secundum totum corpus. Memoriae autem et spes quasi ydolis utentes huiusmodi, aliquando autem minus, aliquando magis causae eorundem sunt.

Quare rationabiliter condita sunt quae intus et quae circa principia organicarum partium permutantium ex consistentibus humida et ex humidis

compacta et mollia et omnia ex
inuicem. ¶ Hiis autem accidenti
bus secundum modum hunc. et ad hunc
passiuo et factiuo existente sicut
diximus in multis locis quandoque
quidem contingit ut sit hoc quidem actiuum
hoc autem passiuum et nichil de
ficiat ipsorum utrumque continuo
in ratione: confestim hoc quidem facit
hoc autem patitur. Propter hoc autem simul
est dicere intelligit quia ambulan
dum et ambulat. si non aliquid
impediat alterum organica quidem
preparant opportune passiones ap
petitus autem passiones appeti
tum quidem fantasia. ¶ Hec autem fit
aut per intellectum aut per sensum. Simul
autem et cito. quia passiuum et fac
tiuum eorum ad inuicem sunt natura.

Primum quidem mouens animal
necesse esse in aliquo principio
Iunctura autem quia quidem est
huius principium. huius autem terminatio
dictum est propter quod est quidem
ut uno est autem ut duobus utitur
natura. cum enim moueantur hinc
necesse quidem hoc quiescere signorum
extremorum. hoc autem moueri. Quia enim
ad quiescens oportet appellari quod mo
dictum est prius mouetur quidem
et non mouet extremum brachii
eius autem que in cubito iuncture
hoc quidem mouet et mouetur quod
in ipso toto motu. necesse autem
esse aliquid immobile. quod utique
dicimus posse quidem unum esse signum

operatione autem fit duo. Quare
et si animal esset brachium hic utique a
licubi esset principium anime
mouentis. ¶ Quoniam autem contingit et
ad manum habere aliquid sic inani
matorum. puta si moueat baculum
in manu: manifestum quia non utique erit
in neutro extremorum anima
neque in extremo eius quod mouetur
neque in altero principio. et enim lignum
habet principium et finem ad ma
num. Ita quod si propter hoc si non et
in baculo mouens ab anima prin
cipium est. neque in manu. similiter
enim habet et extremum manus
ad carpon et hec pars ad cubitum
nichil enim differunt que sunt ad
nata ab hiis que non. fit enim
quemadmodum auferibilis pars baculus. ne
cesse ergo in nullo esse principio quod
est alterius terminatio. neque si aliquid est
alterum illo magis extra. uelut extre
mum baculi in manu principium
neque huius. ad hunc enim manente cu
bito mouetur totum quod deorsum
quoddam. ¶ Quoniam autem similiter
habet a sinistris et a dextris et simul
contrariis mouentur ut non sit in
quiescendo semper dextrum moueri
sinistrum. neque hoc illud. semper
autem in superiori amborum principium
necesse in medio esse principium
anime mouentis. amborum enim
extremorum medium ultimum. similiter
autem habet ad motus. et ad eos qui desuper
et deorsum. puta eos qui a capite

ad cor cum aspira habentibus spiritum.
Et constabilitur autem hic activum
et enim sensitivum hic dicimus
esse. Quare alterato per sensum
loco qui circa principium. et per-
mutato habitu simul permutantur
extense et contracte partes invicem ex
necessitate. propter hoc fiat motus in
animalibus. Medium autem corpo-
ris potentia quidem unum; operatione
autem necesse fieri plures. et enim simul
moventur membra a principio et
altero quiescente. alterum movetur.
Dico autem puta in. a. b. g. d.
movetur movet. a. d. Sed ad huc
oportet autem aliquid quiescere
si futurum sit hoc quidem moveri.
Motive. unum quidem potentia existens
ipsum autem operatione duo esse.
Quare necesse non punctum sed
magnitudinem aliquam. Sed ad
huc contingit et. g. simul cum
b. moveri. Item necesse ambo principia
ea que in. a. d. mota moveri. oportet
quidem aliquid esse. preter hec alterum mo-
vens et non motum. Appellan-
tur autem quidem extrema et princi-
pia motorum que in. a. ad invi-
cem. quemadmodum item si quis
baculi que tenentes moveant eu-
m. Sed movens ambo necesse esse
unum hoc autem est anima. alte-
rum quidem existens a magnitu-
dine tali. In hac autem existens
secundum rationem quidem dicentem
causam. motus est appetitus medium

quod movet motum. In ani-
matis autem corporibus oportet
aliquod esse corpus tale. Quod
autem quidem movetur non natum est
movere potest pati secundum alienam
virtutem. movens autem necessario
habere quandam potentiam et virtutem.
Omnia autem videntur ani-
malia habentia spiritum complantatum
et potentiam isto. Qualiter autem
quidem salvatio spiritus complantati dic-
tum est in aliis. hec autem ad
principium animale habere simi-
lium est. quemadmodum quod
in iuncturis signum movens et
motum ad immobile. Quoniam autem
principium huic quidem in cor-
de. huic autem in proportionali. propter hoc
et spiritus complantatus hic inter-
existens. utrum quidem igitur idem est
spiritus semper. aut fit semper alter. alte-
rius. idem enim est et de aliis
partibus. Videtur autem bene na-
liter habens. Ad hoc quod sit mo-
tivum et exhibeat virtutem.
Opera autem motus pulsio et
tractio. Quare oportet organum
augeri posse. et contrahi. talis
autem est spiritus natura. Et ei
sine violentia contractiva et trac-
tiva et pulsiva. propter eandem causam
et habet gravitatem ad ignea et
levitatem ad contraria. Oportet
autem quod futurum est movere
non alteratione tale esse. obtinent
enim secundum excessum invicem corpo-

minutem leve autem deorsum a
gravior demeritum. grave autem
sursum alterior. Qua autem
quod movet mota pre anima dic
tum est. et propter quam causam. Ex
istimandum autem constare a
nimal quemadmodum civitatem
bene legibus rectam. In civitate
enim quando semel stabilitus fuit
ordo nichil opus est separato monar
cha quem oportet adesse per singula
eorum que fiunt. sed ipse quilibet fa
cit que ipsius ut ordinatum est
et fit hoc post hoc propter consuetudi
nem. In animalibus autem
idem hoc propter naturam fit. et quia na
tum est unumquodque sic constitu
torum facere proprium opus ut nichil
opus sit in unoquoque esse anima
set in quodam principio corporis
existente alia autem vivere eo quod
ad nata sunt facere autem pro
prium opus secundum naturam. Quomodo
quidem moventur voluntariis mo
tibus animalia. et propter quas cau
sas dictum est. Moventur autem
et aliquibus et voluntarius quo
dam. pluribus autem non vol
untarius. Dico autem invol
untarios ut puta enim cor
dis et enim qui pudendi mul
totiens enim apparente aliquo
non tamen iubente intellectu
moventur. Non voluntari
os et puta sompnum et vi
giliam et respirationem. et

quecumque alia tales sunt. nul
lius enim horum domina simpliciter
est secundum fantasia nec appetitus. sed
quoniam necesse alterari naturali altera
tione animalia alterantis
hiis autem augeri. hiis autem detri
mentum pati. ut iam movea
tur et permutentur natis hiis per
mutationibus in motu. Cause autem
motuum caliditas et frigiditas
que que deforis intus existentes na
tales. et preter rationem utique facti mo
tus dictarum partium. alteratione
incidente fiunt. intellectus enim et
fantasia sicut dictum est passionum
factiva passionum assimilant species et
factivorum afferunt. Maxime
autem partium hec faciunt nota
bilius propter velut animal utramque
separatam esse partium. hec autem cau
sa habet humiditatem vitalem. Cor
autem manifestum propter quod quoniam
eius principia enim hic sensuum
pars autem genitalis. quia talis est
signum. tamquam exit ex ipsa ve
lut animal quoddam spermatis mo
tus. Motus autem a principio
a partibus et partibus a principio ra
tionabiliter eveniunt et adinvicem
ad sic pertingunt. oportet enim intellige
re a. principium motus quod secundum unumque
que alteritatem inceptorum ad prin
cipium pertingunt et a principio mo
to et permutatione quoniam multa vir
tute est. principium autem ipsius
b. ad b. Quia ipsius g. ad g.

propter a. b. quidem. ad a. neutre. ii
ad principium. ab. a. aut ad. g.
ut a principiis. Quod autem
aut autem eorum inter lineas
fit nec aut post totum nuptias aut
autem non causa aut autem in
esse palam. nam non quoniam
non talem aut talem. ¶ De
partibus quidem quod invisibilium a-
nimalium et de anima. ad huc autem
et de sensu et sompno et memo-
ria et communi motu. diximus
causas. reliquum autem et de
generatione dicere.

Explicit de sompno et vigilia.

De iuventute autem et senectute et vita et morte nunc dicendum.
Simul autem et de et expira-
tione necesse forte causas dicere
quibusdam enim animalium propter hoc
accidit vivere et non vivere. Quoniam
autem de anima in aliis determinatum
est et palam. quod non est possi-
bilem ipsius esse corpus. Si tamen quod
in aliqua existit corporis particu-
la. manifestum. et in hoc aliquo
membri virtutum particula. Quecum-
que quidem alia anime aut partes aut
virtutes aliarum. quemadmodum vo-
cate dinoscuntur nunc. Quecumque
autem animalia dicuntur vivere
in hiis quidem quo adepta sunt
utrisque hiis. Dico autem utrumque
et quod est esse animal et quod
vivere. necesse eandem esse et unam par-
ticulam secundum quam vivit. et secundum
appellamus ipsum animal. animal
quidem enim secundum quod animal
impossibile non vivere. si autem
vivit sic animal existere. non
necesse plante enim vivunt qui-
dem non habent sensum. percipere
autem animal ad non aliud determi-
namus. Nunc quidem quod ne-
cessarium unam esse et eandem
hanc particulam. in esse aut plurium
et aliarum. Non enim idem aliud
esse et vivere. ¶ Quoniam quod pro-
priorum sensitivorum unum aliquod
commune est sensitivum in quod
eos qui secundum actum sensus necesse
obviare. hoc autem utique erit medium
anterioris vocati et posterioris. an-
terius quidem enim dicitur in quo
est nobis sensus. posterius autem opposi-
tum. ¶ Ad huc autem diviso
corpore inveniuntur omnium superiorum
et inferiorum. Omnia enim
habent superius et inferius. Quare
et plante. palam quoniam nutri-
tivum principium habebunt utique
in medio horum particula enim
secundum quam ingreditur alimentum
superius vocamus ad ipsum respiciens.

sed non ad ambiens totum. De orsum autem secundum quem superfluum diminuunt primo. ¶ Ut autem contraria plantis hec et animalibus. hominum autem enim propter rectitudinem maxime existit. hic autem animalium dicere que sursum particulam ad id quod totius sursum. Aliis autem in firmitudine plantis autem immobilibus existentibus et accipientibus ex terra alimentum necessarium semper deorsum habere particulam. proportionales enim sunt radices plantis et quod vocatur os animalibus per quod alimentum. hec autem extra accipiunt. hec autem per ipsa. Tribus autem existentibus partibus in quas dividuntur omnia perfecta animalia. una quidem qua suscipit alimentum una autem qua superfluum emittet. tercia autem harum media. hec in maximis animalibus vocatur pectus. In aliis autem proportionale. De articulatum autem sunt magis aliis alia. ¶ Quecumque autem ipsorum sunt processiva apponuntur et particule que ad hanc administrationem quibus totum ferunt corpus crura et pedes et habencia eandem hiis virtutem.

¶ Sed principium autem nutritive anime in medio trium particularum et secundum sensum exis invenitur. et secundum rationem. multa enim animalia ablata utraque particularum et ea que vocatur capite et susceptiva alimenti vivunt. cum quocumque utique fuerit quod medium. palam autem in entomis ut vespis et apibus. Et acuis et multa autem entomorum divisa possunt vivere post intincionem talem autem particulam actu quidem habet unam virtutem autem plures. ¶ Eodem enim modo plantis constituta sunt et enim plante divise vivunt separate et fiunt multe arbores ab uno principio propter causam autem eandem. hec quidem non possunt divisa vivere. hec autem transplantantur plantarum aliter enim secundo sed similiter habent secundum hec plante que et genus entomorum. ¶ Necesse autem et intimam animam actu quidem unum habentibus esse unam virtute autem plures. Similiter autem et per sensitivum principium videntur enim habentia sensum divisa horum. ¶ Sed ad salvari naturam plante quod possunt que non habent organa ad salutem. et que indigentia sunt hec autem capientis. hec autem suscipientis alimentum. hec autem aliorum et horum amborum assimilantur enim talia animalium multis animalibus simul mixtis. ¶ Optime autem constituta hec autem plurimum aliorum propter esse unum ipsorum ut contingit maxime unam propter quod et primum sensum quando fiant

omnis particularum quia habent ali
quam animalem passionem se
pati enim insectibus faciunt se
cum ut corticee corde ablate.
Ad huc autem in plantis pa
lam et animalibus eam que ex se
minibus generationem assumentibus
et incisiones et abscisiones.
Que enim ex spermatibus genera
ntur omnibus ex medio. Duplicibus
enim existentibus omnibus se
cundum quos nata sunt: medium est
utriusque particularum. hinc ramus
autem oritur et radix nascentium
principium, quod medium ipsorum est
In incisionibus autem et abscisioni
bus maxime hoc accidit circa
zo. ozus. est enim principium
quoddam ozos rami. Simul autem et
medium. Quare aut hec ab
scindunt aut in hec inserunt: ut
aut rami aut radices ex hoc ge
nerentur tamquam existente principio
ex medio genitus et radicis. Ani
malium sanguinem habentium
cor fit primo: hoc autem palam
ex quibus in contingentibus ad
huc factis inter contemplati
sumus. Quare et in exsangui
bus necessarium analogum cordi fieri
primo. Cor autem quod est vena
rum principium in hiis que de
partibus animalium dictum est prius
et quod sanguis sanguinem
habentibus est ultimum alimen
tum ex quo fiunt particule ma

nifestum. Quod quidem igitur quan
dam operationem os intus efficit al
terum autem que ventris: est ali
mentum. Cor autem gratia cons
amine huius est. Oportet autem
enim principale ad id cuius gratia
perficit. sed non in hiis que huius
gratia ut medicina ad sanitatem
sed ad hoc quod principale sensuum
et hoc sanguinem habentibus omnibus
in hoc enim necessarium est quod vi
um sensitivorum. Duos autem
manifeste huc tendentes vide
mus gustum et tactum. Quare
et alios necessarium in hoc autem ex
et aliis sensitivis contingit secundum
motum. hec autem necessario tendere
ad eum qui sursum locum. Quod si
huius autem si vivere in hac particula
omnibus est palam quia sen
sitivum principium necessarium. Quod
autem enim animal hoc et
vivere dicimus. Quia enim sensiti
vum hoc corpus animal esse di
cimus. propter quod autem hec quidem sen
sum manifeste tendunt ad cor
hec autem sunt in capite. propter quod
et videntur quibusdam sentire anima
lia propter cerebrum. causa autem in aliis
dictum est seorsum. Secundum appa
ca autem quod palam ex dictis
quod in hoc et in medio cor
porum partium sensitive anime
principium est et augmenta
tive et nutritive. Secundum rationem autem
quia unum videmus in omnibus ex pluribus

faciente optimum. In me-
dio autem sic principio existente
utrisque: maxime perficit utraque
particularum primum opus et op-
timum, scilicet ultimum alimentum sus-
cipiens per venas utrumque enim
ipsorum sic est. Et est tantum
medium regio: regio principantis
ad hunc utens et quo utitur cor
differunt quemadmodum fistule
et movens fistulas: manus sic
autem quod animal determinatum
est per hoc sensitivam animam
enim sanguineum quidem haben-
tibus necesse in corde, hoc prin-
cipium. Ex sanguinibus autem
in proportionali particula. Omnes
autem particule et totum corpus
corpus animalium habent quan-
dam caliditatem naturalem, propter quod
viventia quidem videntur cali-
da. Morientia enim et pri-
vata vita contrarium. Necesse autem
esse caliditatis huius principium
in corde sanguinem habentibus, ex
sanguinibus autem in proportio-
nali. Operantur enim et digerunt
naturali calido alimentum omnia.
maxime autem quod principalissi-
mum. propter quod aliis quidem par-
tibus infrigidatis remanet vi-
vere. eo autem quod in hoc est
corrupto omnino quia hinc ori-
tur principium omne caliditatis
et anime tamquam igni-
tus in huius particulis ex sanguini-

autem in proportionali in corpore
sanguinem habentium. Necesse
ergo simul vite existentiam et calidi
huius salvationem et vocatam
mortem et huius corruptionem.
Verum adhuc igitur quidem
duas videmus corruptiones mar-
cescentem et extinctionem.
Vocamus autem eam quidem que
a se ipso marcescentem, eam vero
contrarius extinctionem, hanc
quidem senectutem, hanc autem
violentiam. Accidit autem
ambas propter idem fieri corruptiones.
Deficiente enim alimento non
potente calido accipere alimentum
corruptio fit ignis. Contrarium
quidem enim cessare faciens di-
gestionem prohibet nutriri. Quando
autem marcescere accidit amplior
congregato calore propter non res-
pirare neque infrigidare. Cito enim
et sic consumit alimentum et
multum congregatum calorem
et preveniunt consumentes antequam adesse
evaporationem. Propter quod quidem non
solum marcescit quod minus
secum plurimum ignem, sed ipsi
secundum se ipsum lucerne flamma impo-
sita in maiori flamma combu-
ritur sicut quecumque aliud inflamma-
bilium. Causa autem quia alimentum
quidem eius in flamma preoccupat
accipiens maior flamma prius quam
advenerit alterum. Ignis autem perma-
net semper factus et fluens sicut

simus. Sed lati propter velocitatem psilam. Quare quod si quidem oporteat salvari calorem, quod quidem necessarium si futurum sit vivere, oportet fieri quod in principio caloris quandam refrigerationem. Exemplum autem huius accipere quod accidit in suffocatis carbonibus. Si enim sunt clibanis quibus obstructi velut ab suffocatione continue extinguuntur cito. Si autem secundum vicem aliquis faciat frequenter ablationem et appositionem, manent igniti multo tempore et celatio autem salvat ignem. Nec enim respirare prohibetur propter raritatem terre retinentis aer eo qui in circuitu aere ut non extinguatur multitudine existentis in ipso caliditatis. Sed de causis autem hiis quod contrarium accidit et suffocatio igni hinc quando enim marcessit. Sed autem permanet pluri tempore: dictum est in problematibus. ¶ Omne autem omne vivens habet animam, ipsam autem non existit sine naturali caliditate sicut diximus. Plantis autem per alimentum et continens sufficiens fit auxilium ad naturalis caloris salvationem. Et enim alimentum facit refrigerationem ingrediens sicut et hominibus primo oblatis. Ieiunia autem calefacientia sitim faciunt. Immobilis enim existens aer semper calescit. Alimento autem ingrediente refrigeratur motus donec utique accipiat digestionem. Si autem aut continens excedat frigiditate propter horam fortibus factis omnibus exsiccantur, aut si estate fervida accidant caumata et non possit tractum ex terra humorem refrigerare corrumpitur marcescens calorem, et dicuntur siderari et astroblite fieri arbores circa tempora hec propter quod et genera quedam lapidum radicibus submittunt et aquam in vasis ut radices infrigidentur plantarum.

¶ Animalium autem quoniam hec quidem sunt aquatilia, hec autem in aere faciunt dietam, ex hiis et per hec accipiunt refrigerium: hec quidem aqua, hec autem aere. Quo autem modo et qualiter dicendum dicentibus rationem magis.

¶ De respiratione enim aliqui quidem priores phisicorum dixerunt, cuius tamen gratia existit animalibus, hii quidem nichil enunciaverunt, hii autem dixerunt quidem non bene autem dixerunt. Sed inexperte accidentibus. ¶ Ad huc autem omnia alia autem respirare. Hoc autem non est verum. ¶ Quare necessarium de hiis primo supervenire ut non videamur omnes inaniter accusare. ¶ Quod autem quecumque

animalium habet pulmonem
respirant omnia manifestum
est et horum ipsorum quecumque
autem ex sanguine habet pul
monem et concavum minus
indigent respiratione propter quod
multo tempore possunt perma
nere propter corporis ulitudine
pulmonem autem concavum habent
omfleancia ut ranarum genus
. Adhuc autem emides et tes
tudines multo tempore manent
in humidis. pulmo enim mo
dicam habet caliditatem. propter ei
sanguinis habet. ipsum insuflatum i
flatus quod ipse motu refrigerat et
facit permanere multo tempore
si tamen cogat cum valde de
tineas longo tempore suffocantur
omnia. nichil enim talium suscipit
aquam sicut pisces. huius
cia autem pulmonem habentes
sanguinem: omnia magis in
digent respiratione propter multi
tudinem caliditatis aliorum
autem quecumque non habet pulmo
nem nullum respirat. De
mocritus autem abderites et
quidam alii qui de respiratione
dixerunt nichil de aliis determina
verunt animalibus. nisi sunt
tamen dicere quasi omnibus
respirantibus. Anaxagoras
autem et diogenes omnia
dicentes respirare de piscibus
et ostreis. dicunt quomodo respi
rant. et ait anaxagoras quando
enim dimittunt aquam per bran
chias enim qui in ore factum est
habentes respirare pisces. non
enim esse vacuum nichil. dioge
nes autem cum dimittunt a
quam per branchias exteriusstante
circa os aquam trahere vacuo quod
in ore aerem tantum in aqua
existente aere. Hec autem sunt impos
sibilia primo autem enim me
dium rei auferunt propter dicere ad
commune in altero solo respira
re enim vocatur huius alius quidem
dem expiratio. hec autem inspiratio
de qua nichil dicunt quomodo
expirant talia animalium. neque
contingit ipsis dicere. Cum enim
respirant hac quare respi
rant iterum oportet expirare et hoc
semper permutatum faciunt. quare
accidit simul suscipere aquam
secundum dictos et expirare. necesse autem
obviantes impedire alterum alterum.
Deinde cum dimittant
aquam tunc expirant secundum ora
autem secundum branchias. Quare
accidit simul expirare. et res
pirare tunc enim aiunt ipsum
respirare. et expirare impossibile.
Quare si necesse respirantia ex
pirare et inspirare. et respira
re autem non contingit nul
lum ipsorum palam quod nec
respirat ipsum nullum. Ad
huc autem dicere aerem trahere

et ore aut ex aqua per os impos
sibile. non enim habet arteriam propter
pulmonem non habere, quod continu
ens prius est ei. Quare necesse
stomacum ventre trahere, hii autem
et alia utique facere animalia. Nunc
autem non faciunt et si illa essent
humiditatem essent manifeste utique
utique hec facerent. Videntur autem
non facientia hec. Ad hunc autem
omnium respirantium et tra
hentium spiritum videmus quoniam
motum factum particule trahen
tis. In piscibus autem accidit
non nichil enim invenitur mo
ventes eorum que circa ventrem
nichil branchias solum et in hu
mido et in sicco existencia cum ex
pisci fuerint. Ad hunc enim
memoriantur suffocata in hu
mido omnia respirancia fiunt
ampulle spiritu exeunte violenter
ut si quis cogit cortulas aut
limacas aut aliquod talium ge
nerum. In piscibus autem
non accidit experientibus omnem
modum tamquam non habentibus
spiritum de foris nullum. Quo
autem modo respirationes ipsis
Contingit et hominibus existen
tibus in humido accidere. Si
enim pisces trahunt ex ea
que in circuitu oris aqua propter
quid hec homines non utique faciunt
et homines et alia animalia
et enim qui ex ore utique trahere

similiter piscibus. Quare si
autem et illa essent possibilia
et hec essent. Quoniam autem
non sunt palam quod nec in
illis est. Ad hec autem propter
quam causam in aere moriuntur
et inveniuntur existimata sicut
suffocata sicut eadem respirant
Non enim utique alimenti in
digencia hec paciuntur. Quam
enim dicit Dyogenes causam
stulta. Ait enim quod aerem
multum valde trahunt in aere
in aqua autem modicum et
propter hec mori. Et enim in ge
sibilibus oportebat possibile esse
hec. Nunc autem nullum pro
valde respirare suffocatur gres
sibile animal. Ad hunc
autem si omnia respirant
palam quia et entoma anima
lium respirant. Videntur autem
ipsorum multa decisa vivere
non solum in duas partes sed
in plures ut que vocantur scolo
pendre. Que qualiter aut qui
bus contingit respirare.
Causa autem maxime non
dicendi bene de ipsis quod in ex
pertes erant eorum que intus
partium. et quia non accipie
bant gratia alicuius naturam
omnia facere. Querentes
enim cuius gratia respiratio
animalibus existit et in parti
culis hiis inspicientes ut in branchia

et pulmone inuenient utique
uelociorem causam. Democritus autem
quia quidem ex respira
tione accidit respirantibus aliquid
dicit inquiens prohibere exprimi
animam non tamen ut huius
quidem gratia facientem hoc
naturam nichil dixit omnino
enim sicut et alii physici et iste
tetigit talem causam. Dicit
autem quod anima et calidum idem
prime figure sperarum segre
gatis igitur ipsis a continente et
exprimente fit respirationem in
auxilium. in aere enim multum
numerum esse talium que uocat
ille intellectum et animam respi
rato igitur et ingrediente aere co
ingredientia hec et prohibentia
expressionem prohibere in anima
libus existentem animam perire
re et propter hoc ex respirare esse ui
uere et mori. Cum enim preua
luit continens exprimens et non
amplius deforis ingrediens
potest prohibere non potente res
pirare tunc accidere mortem
animalibus. esse enim mortem
talium figurarum ex corpore
exitum ex continentis compres
sione. Tandem autem quod
omnibus quidem necessarium mori
non tamen quomodocumque contingit. sed
secundum naturam quidem senectute vi
olentia autem preter naturam nichil
demonstrauit. Quamvis oportet

quoniam alii quidem uidentur hoc
facere. alii autem non uidetur.
utrum causa extrinsecus est aut in
tus. Non dicit autem neque de
principio respirandi. quid causa
utrum intrinsecus. neque enim quin
deforis intellectus succurrat auxi
lium. sed intrinsecus principium
respirationis fit motus non ut
in sentientem unum continente. in
conuenienter autem et simul con
tinens comprimere dilatare et
ingrediens. Que autem quidem
dixit et ut fere. sic sunt. Si autem
oportet putare natum esse prius dictum
et non omnia animalia respira
re non secundum morte causam puta
dum dictam esse hanc sed solum
in respirantibus. Quamuis neque
in hiis bene proclamat autem ex acciden
tibus et talibus quorum huius
omnes experienciam. In ueste
enim calefacti magis et respi
ratione magis indigemus et
spissius respiramus omnes.
Cum enim incontinenti fuit frigi
dum et constringatur et compri
gatur corpus accidit spiritum continens
tunc oportebit deforis ingredi
entem prohibere concussionem
nunc autem sit contrarium. Qui
enim multum uelle congregari
tum fuit calidum non expi
rationum tunc indigent respi
ratione necessarium autem respirantes.
Eligentes autem species respirationis

gra respirantes quam quod dicit
ignem super ignem · inchimeo ac
ceptam cum impulsio de aliis anima
libus magis determinavit. amo ipi
calidi sit in aliis virtutum eodem
aut propter aliam aliquam causam
Si enim totalis campestribus quod
respirationis existit dicendum
causa · quare sol: si autem in aliis
modus autem alius et de hoc de
terminandum siquidem possibile
respirare omnibus. Ad hunc autem
et secundus modus cause. Exe
unte enim extra calida pro a
bientem pulsum aerem lati
in ore incensus locum aut pro res
extremitates carnes · unumquodque intra
erunt calidum super magis esse
antiquitatis priorentibus
innicem · calefieri autem iterum
exire spiritum eundem locum et itera
pellere intus per os aerem existe
tem calidum et hoc iterum agere
semper facientes respirantes et
exspirantes. accidit autem sic pu
tantibus prius exspirationem fieri
quam inspirationem. signum autem
fiunt autem enim adinvicem et
secus invicem moventia autem
exspirant. Quare necesse esse
principium inspiratione. Ad
huc autem cuius gratia hec existunt
animalibus. Dico autem res
pirare magis dicimus hec modo
dicentes sed velut de incidente a
liquo enunciant solum · quam
ius principalia hec iudicamus vi
vendi et moriendi. Cum enim
non potuerint · tunc accidit fieri cor
ruptionem respirantibus. Ad
huc autem inconveniens calidi
quidem per os exitum et introitum i
troitum non latere nos. Inspi
tus autem spiritus introitum et re
um calefacti exitum latere in
conveniens autem et calidi re
spirationem introitum esse inter
enim · horum quam quidem enim
exspiratus esse calidus quam autem
inspiratus frigidus. Quando
autem calidus fit senescentes
respirant. Quia enim non
refrigerant sufficienter magis diceres
innitescens accidit spiritum trahere
sed etiam in alimenti gratia existi
mandum fieri refrigerationem tan
quam alito spiritu eo · quam intus ig
ne et respirare quidem quemadmodum
super ignem superpositum additum
alito autem igne fieri respiratio
nem. hec enim dicemus iterum et
ad hunc sermonem que quidem
ad priores. et enim in aliis ani
malibus oportebat hec accidere
aut proportionale huic · omnia
enim habent caliditatem naturalem
Deinde et fieri calidum ex
spiritu quo dicimus modo · dicere fieri
enim. Magis enim ex alimen
to hec autem videmus accidere
sed hec suscipere alimentum et
superfluum eandem ... autem in aliis

non invenimus factum. Dicit
autem de respiratione et expiratione
non tamen causas quarum in de omnibus
animalibus melius facit manifestum
sive respirant vel non. et de ea
que per nares respiratione dicens
putat et de principali dicere respi
ratione. Est autem per arteriam et pec
tore respiratio et que per nares ipsis
naribus sine illa non est respirare
et ea quidem que per nares facta res
piratione privata animalia nichil
patiuntur. ea autem que secundum arteri
am moriuntur. vitare enim non est
hominibus ea que per nares res
piratione odoratum ambe animali
um propter quod quidem odoratu fere
participant omnia animalia. est
autem non omnibus idem organum
sensus. Dictum est autem de
ipsis in aliis planius. Est autem
aut respirationem et expiratio
nem propter venas esse quidam: in quibus
inest quidem sanguis. non tamen
plene sunt sanguine. habent autem
poros quam enim extra aerem. parti
bus quidem corporis minores, huius
autem que aeris maiores propter quod
sanguinem simul moveri sursum
et deorsum. Deorsum autem
lato influere aerem et fieri res
pirationem. Sursum autem pro
cedente excidere esse et fieri ex
pirationem assimulans quod ac
cidit de clepsydris. Si autem respirant
omnia et respirant omnibus
deficientes sanguine canalium
carnales in ultimis secundum cor
poris tenduntur et ipsis oris spi
ris simul per forate sunt canalibus
manum ultime summitates per to
tum. ut excitans quidem occultet
tur ether eam facile iter duplici
um pateat. Quare cum recedi
derit tenet sanguis ether cullens
descendit tumore magno. Cum
autem exsiliat iterum expirant. quem
admodum cum puella de clepsy
dra ludens per vim malleatam ex
cum quidem fistule aptitum ob
struens formosa manu in aque
clare tumentem et delicabile corpus
in vis aqua ingreditur. sed pro
hibet aeris moles intus ruens
ad foramina spissa donec revela
verit crebrum fluxum. Deinde
vero spiritu deficiente ingreditur aqua
immota. Eodem autem modo cum a
quam quidem habeat secundum profun
da aeris canali autem obstructo
humana manu. et poro aere ac
deforis intus angustiatus aquam
prohibet circa portas canalis male
sonans extrema optinens quam
diu mane obstruatur. Tunc autem
obstruatur iterum aut prius spiritu
cedente exsilit aqua iuvat sic
autem et delicabilis sanguis exci
tans per membra cum ipse retro ac
tus redierit ad intimum altum
mox retina descendit tumore
impetuoso. Cum exilierit iterum

exspirant caue. Postea dic-
amus igitur hec de respiratione. respi-
rant quemadmodum diximus ma-
nifeste respirancia per arteriam per os
simul et per nares. Quare sequitur
de ipse dicit respiratione neces-
sarium querere. Omnino congru-
it dicta ratio cause. inducitur enim
contrarium accidens. elevantes qui-
dem enim locum quemadmodum
folles in ereanis respirant. at to-
llere autem calidum racionabile
ipse autem sanguinem calidum
locum. Comprimentes autem
et deponentes quemadmodum ibi
folles exspirant. Verumptamen ibi qui-
dem non secundum idem suscipiunt aerem et
iterum emittunt respirantes autem
secundum idem. si autem de ea que secundum
nares dicit multum peccant. non
enim est respiracio narium propria. sed
secundum canalem que circa guttur secundum
quod extremum pallati in ore simul per-
foratis naribus. cedit hec quidem sic
ipse. hec autem per os simul exeuntes et
intrantes. ab aliis quidem igitur dicta
de respirare tales et tantas habent dif-
ficultates.

Quoniam autem dictum est
prius quod vite et anime li-
tus cum caliditate quedam est ignis
enim operatur omnia propter quod au-
tem in quo primo loco et corporis
et in qua prima loci huius parte
principium necessarium esse tale. hic est per
primam nutritivam animam necessarium
existere. Iste autem est medius lo-
cus suscipientis alimentum et secundum
quem emittunt superfluum. Ex-
sanguibus autem quidem non nominatur
Sanguinem autem habentibus cor hec
particula est alimentum. autem ei
ex quo iam fiunt partes animalibus
sanguinis non est. Sanguinis autem
et venarum idem principium ne-
cessarium esse. altius enim gratia alterius
est ut vas et suscipiens principium
autem venarum cor. et sanguinem
habentibus. homo enim per hec sed ex
hec penitus omnes existunt pala-
autem nobis hec ex anathomis.
Alias autem quidem virtutes anime
impossibile existere sine nutritiva
propter quam causam autem dictum est prius
in hiis que de anima. hanc autem sine illi
igne. In hec enim non collocavit
ipsam. Corruptio autem ignis quem-
admodum dictum est prius extinc-
tio marcor. extinctio autem que a contra-
riis propter quod autem senio que ag-
tinentis frigiditates et que celeriter
extinguitur distinctius. hec quidem
igitur corruptio violenta similiter et in
animatis et inanimatis. et enim
organis divisio animali. et conge-
lato propter frigoris excellenciam mori-
untur. marcor autem propter multitudine
caliditatis. et enim si excedat quod
in circuitu calidum et alimen-
tum si non accipiat corrumpitur
quod ignitum non infrigiatum
sed marcore passum. Quare necesse

sed refrigerationem si debeat salutem
adipisci. hec enim auxiliatur ad
hanc corruptionem. Quoniam
autem aliorum hec autem aqua-
tilia. hec autem inter fuerunt con-
ustationem horum prius autem
omnino et ex sanguibus facta
ex continente. aut aqua. aut a-
ere infrigidatio sufficiens aut
auxilium corruptionis huiusmodi
modicum enim habentia calorem
modico indigent auxilio. propter quod
et huius inte fere omnia talia sunt
Ad aluo enim existentia
modica sedantur inclinatione.
Quecumque autem longiores
vite entomorum et sanguinem enim
sunt omnia entomia huius sed di-
azomate divisum est ut sorti-
orem existentem particulam infrigi-
dent. magis enim existentia ca-
lida ampliori indigent refri-
geratione velut apes. apium enim
quedam vivunt septem annis et
animalia alia quecumque sonant
ut puta sirlones et meloloncee.
recti gres fuerunt. Et enim
faciunt spiritum velut asthmatica
in ipso enim succinctorio inflato
spiritu elevato et depresso et accidit
secundum pelliculam sed defectionem
movent enim loca habentia quem-
admodum respirantia et foris
pulmone et pisces et branchias
Simile enim accidit utique ali-
qua respirantium suffocet os

tenens. Et enim hec faciat
pulmonem elevationem hanc
de hiis quidem non sufficientem
faciet talis motus refrigerationi
illis aliis sufficientem et differentie
ad pelliculam faciunt sonum quem-
admodum quem per calamos perfo-
ratos pueri qui super posuerint pelli-
culam subtilem. per hec enim et
tettigium cantantes. cantant ca-
lidiores enim sunt et divisum
est ipsis succinctorium non cantanti-
bus autem hec est non sensibilis
Et sanguinem autem habentium
et pulmonem habentium pauca alia
sanguinis habentium et manent
quedam horum multo tempore
possunt sine respiratione vivere
quia pulmo elevationem habet in
multum paucum habet sanguinem
et humidum. Ipsius enim motus
ad multum tempus sufficit refri-
gerans. tantum enim non potest
dictum est. et prius manentes
autem que propter non refrigerari cor-
rupta vocatur suffocatio. et sic
corrupta suffocari dicimus. quod
autem non respirant entomia aliis
dictum est et prius manifestum
autem est. et in parvis animalibus
puta muscis et muscis et api-
bus. In humidis multo tempore
vivunt si non sit valde sic ca-
lidum aut frigidum. quoniam
modicam habentium virtutem spiritus
non exigunt respirare. Sed corrumpuntur

et dicuntur suffocari repleto i(n)
uentre et corrupto humido q(ui)
cinctorio propter quod manie re
morata refrigerant. et aliud at
que in humido quecumque et sang(ui)
nea tempore uiuunt in aere si
ginnem uirtutibus et suscipienti
bus mare ut puta piscibus propter bre(ue)
enim modicum calidum. aer e(st)
sufficiens ad multum calidum
tempore refrigerare ut multa ma
la costituit. et polipodibus no(n)
tamen in fine sufficiunt ad in
ie quia sunt pauci caloris. qui
et piscium multi uiuunt in su
latitate tamen inueniuntur
fodientes quecumque enim non
totaliter habent pulmonem aut
ex sanguine rarius indigent
respiratione. De et sanguibus
quidem g(ra)° quod habent quidem
o timens aer. habens humidum auxi
liatur ad uitam dictum est.
Sanguinem autem habentibus
et habentibus cor quecumque
quidem ipsorum habent pulmone(m)
omnia suscipiunt aerem et re
frigerationem faciunt per respi
rare et re expirare. habent autem
pulmonem assificantia in ipsis
et non de foris solum. Selac
hea enim animalificant qui
tem set non in ipsis. et ossifica
tum pennata ut puta aues
et folitera puta cortuce et
lacte et sperites. illa quidem

g(ra)° eneum sanguinem habentem
horum autem plima et pul
monem habent manem propter quod
et respiratione utuntur rarius
quemadmodum dictum est. et
prius utuntur omnia et que
cumque morantur et faciunt
uictum in aquis puta ydrorum
genus et armad. et ranarum
et cocodrillorum et cortuce
marine. et terrestres et louces
marium. Omnia enim h(ec)
et talia pariunt in sicco aut
in humido extollencia caput
propter respirationem. Quecumque
autem branchias habent omnia
frigiantur suscipiencia aquam.
habentium autem branchias g(ene)ra
uocatorum selacheorum et
aliorum que sine pedibus. sine
pedibus autem pisces omnes.
et enim que habent secundum simili
tudinem aliarum habent pedes
autem habentium unum habent bran
chiam uisorum uocatur cor
dulos. Simul autem pulmo
nem et branchias nullum in
sima unquam habet. Causa autem
quia pulmo quidem gratia re
frigerationis aspiritus est. uidetur
autem nomen accepisse pul
mo propter susceptionem spiritus.
branchias autem ad refri
gerationem ab aqua. unum autem
ad unum oportunum orga
na. Et una refrigeratio suffi(cit)

omnibus quoniam propter fistulam n
internus facientem ... duobus
autem entibus alterum utrumque esse fi
stulam propter hec. hec quidem habent bran
chias. hec autem pulmonem. am
bo autem nullum. Quod a
ad esse quidem alimento indige
alterum innunciatum ad salutem
autem refrigeratione eodem orga
no utitur natura ad ambo hec. que
admodum quibusdam lingua ad
sapores et admensurationem sic
habentibus pulmonem vocato ore
et ad alimentum et respiranti
bus. os quidem ad operationem ali
menti ad refrigerationem autem
indigentibus refrigeratione bran
chiarum existit natura. Qua
liter autem gratia dictorum orga
norum [illegible] refrigeratio
nem posterius dicemus. Ad
non impedire autem alimen
tum simul respirantibus acci
dit et suscipientibus humida.
Nec enim respirantes simul
suscipiunt alimentum. aliquin
accidit suffocari ingrediente a
limento aut sicco aut humi
do. et ad pulmonem per arteriam
prius enim ponitur arteria
ysofago per quam alimentum pro
greditur in vocatum ventrem.
Quadrupedibus autem
gratia et sanguinem habentibus habet
arteriam velut operculum epy
glotum. Avibus autem et quadru

pedum ovificantibus non inest.
sed conclusione idem faciunt. Sus
cipientia enim alimentum hec
quidem claudunt. hec quidem sup
ponunt epyglotum. progresso
autem hec quidem attollunt
hec autem aperiunt et suscipiunt
spiritum ad respirationem. habentia bran
chias dimittentia per has humi
dum per os suscipiunt alimentum.
arteriam quidem enim non habent. Quare
hec quidem gratia lederentur ab ea que
humidi decidentia. sed in ventrem
ingrediente. propter quod velociter
faciunt divisionem. et susceptio
nem alimenti. et dentes acutos
habent et omnia fere sunt carcha
rodonta. Non enim contin
git comminuere alimentum.
Circa cetos recordia autem
aliqualiter dubitabit utique quis.
hec enim et ibi secundum proportionem
ut puta circa delfinos et bale
nas et aliorum quecumque habent
vocatum canalem. hec enim
sine pedibus quidem sunt, haben
tia autem pulmonem suscipi
unt mare. Causa autem huius
quod nunc dictum est. non
enim refrigerationis gratia susci
piunt humidum. hec quidem
enim fit ipsis respirantibus.
habent enim pulmonem propter quod
et dormiunt extollentia os
et stertunt delfini. Adhuc
autem si capiantur retibus

cito suffocantur propter non respira-
re et suppinacula inveniuntur ta-
lia in mari propter respirationem quia
quoniam facere alimentum in
humido necesse suscipientia alimen-
tum emittere. et propter hoc habent
omnia canalem. suscipientia
enim aquam quemadmodum pis-
ces secundum branchias hec secundum ca-
nalem remittunt aquam. sepie
autem et polipodes canalis ad medi-
um sanguinem habentium eminen-
tis secundum quam cerebrum positum habent
et emittunt aquam propter item a-
nimalia suscipiunt et malakia
et malacostraca. Dico
autem puta vocatos carabos et
cancros. refrigeratione autem
enim nullorum nullum existit
indigens. frigida calore enim
est et ex sanguine unumquodque
ipsorum. Quare sufficienter
a continente humido. quare propter a-
limentum. ut non simul sus-
cipientibus intrat humidum
mala costraca autem quemadmodum vel
cancri et carabi secundum aspera emit-
tunt aquam per epypterigma-
ta. Sepie autem et polipodes
per concavum quod super ven-
trem capit. Scriptum est autem
de ipsis per diligenciam magis
in hiis que de animalibus hys-
toriis. De subsequentibus autem,
quod humidum dictum est quod
accidit propter refrigerationem. et

propter oportere suscipere alimentum
ex humido secundum unam existenciam
aquatilia animalium. De refri-
geratione autem quo fit modo
respirantibus et habentibus bran-
chias post hec dicendum. Quod
autem quecumque respirant quecumque
animalium habent pulmonem
prius dictum est. propter quid autem
hanc particulam habent quedam et
propter quid habencia indigent respi-
ratione. causa huius autem est
honorabiliora animalium plu-
ris sortita sunt esse honorabilio-
ri. honorabiliora enim hec ani-
mam plantarum. propter quod et maxi-
me habencia pulmonem sangui-
nem habentem et calidum maior
atque magnitudinibus et purissi-
mo et plurimo nusum sangui-
ne animalium rectissimum est
homo et quod sursum ad cor
sursum habet solum. propter tale habere
hanc particulam. Quare sic
et huius et aliarum ponendum causam
ipsam quemadmodum et cuiuslibet
aliam particulam. Habent quod-
quod gratia huius. Causam autem
que ex necessitate motus causam
talia prima et sistere alia
quemadmodum et non talia
multa constituta sunt. hec quidem
enim ex terra ampliora facta
sunt puta plantarum genus
hec autem ex aqua puta quod
aquatilium volatilium autem et

campestrium. hec autem ex aere
h' a' ex igne. singula autem in
propriis locis habent ordinem ipsorum.
· Empedocles autem bene h'
dixit dicens calidissima animalia
ignem habencia plurimum aquatica
animalia esse fugiencia excessum ei
que in natura caliditatis quoniam
frigido et humido deficiunt
secundum locum salvientur contraria
existencia. Quod enim humi
dum calidum esse minus
aere. Totaliter quidem igitur in
conveniens quomodo contin
git factum unumquodque ipsorum
sicco permutare locum humido
fere enim et sine pedibus pli
ma ipsorum sunt. Dicens
autem eam que a principio ip
sorum constitucionem factam quem
tem esse in sicco ait sufficien
autem venire ad humidum.
· Adhuc autem in viden
tur calidiora existencia. quam
campestria. hec autem enim
ex sanguine omnino. hec autem
pauci sanguinis ipsorum sunt
sed qualia autem oportet dicere ca
lida et frigida. secundum ipsorum con
sideracionem suscipit. Decima
autem dixit empedocles. sic autem
dem habet consistens totum. non tamen
quod ait ille. secundum habitudinem. si
autem enim excessus habencia
loca contraria. et tempora
salvant. naturam autem ma-

xime salvatur maxime locis
non est autem idem materia
animalium ex qua est unumquodque
et in habitus et disposiciones ipsius
Dico autem puta siquid ex
cera constitueret naturam non u
tique in calido ponens salvaret
nec siquid ex glacie conserva
retur enim utique cito propter contra
rium hoc fiet enim calidum
quod a contrario constat. neque
siquid ex sale autem nitro con
stitueret non utique in humidum
ferens reponeret. Corrumpit
enim humidum a sicco et calido
consistencia. Si igitur in omnibus cor
poribus humidum et siccum
denominavit que autem ex humido
a frigido consistencia in humi
do sunt. et si frigida erunt in
frigido. que autem ex sicco
in sicco. propter hoc arbores non in
aqua nascuntur. sed in terra. Quam
vis eiusdem racionis est in aqua
propter esse ipsa valde sicca. quemadmo
dum spongia. ait ille. Non enim
propter frigidum venit in ipsum quam
aqua non humidum nature quan
tum igitur materie in quo aut loco
sunt tales existunt. hec
quidem in aqua humida que
autem in terra sicca. que autem
in aere calida. habitus tamen au
tem quidem excedentes caliditate
in frigido. Qui autem frigi
ditate in calido positi salvantur.

magis. reducit enim ad mens
atum locus huius excessum. h
autem quod oportet querere lo
cis presens inmiscuimus. hec per multi
tudines communis temporis hi
tus quidem enim contingit lo
cis contrarios esse. materiam autem
impossibile. Quod quidem
quod non propter caliditatem nature
h autem aquatilia. h autem cam
pestria aliquid sunt. quemadmodum
empedocles ait. tanta dicta sunt.
Et quia hec quidem non habent
pulmonem. hec autem habent san
guinem quid autem habentia suscipiunt
aerem et respirant et maxime
eorum ipsorum. quecumque habent
sanguinem habentem cum respira
di autem pulmo manus ex
et plenus stringes et mane
ut sanguinem habens hec parti
culam uenarum incertum. que
enim ita habent sanguinem ha
tem ipsum celeri quidem indiget
respiratione propter puram esse meli
natione animal igitur. intra a
ingredi per omne propter multa ne
sanguinis et caliditatis. hec a
aialo. aer autem potest facile
propter hoc enim subtile. item per om
ne et celeriter penetrans refri
gerat. aqua autem contrarium. Et
quod maxime respirant habentia
pulmonem habentem sanguinem
et hiis palam. Quod enim cali
di amplior indigeat refrigera

tione. Simul autem ad prin
cipium caliditatis que in corde
progrediens spiritus de facili. Quo
autem modo cor colligatione
habet ad pulmonem: oportet con
templari ex anathomis et hy
storiis animalia scriptis. Ref
rigeratione autem quod totaliter indi
get animalium natura propter col
lationem anime in corde. hec
autem faciunt per respirationem
quecumque non solum habent cor
set et pulmonem animalium
Habentia autem cor pulmo
nem autem non quemadmodum pis
ces propter aquatilem ipsorum na
aqua faciunt refrigerationem
per branchias. Quomodo autem
positionem habet cordis ad branchias
ad uisum quidem exanathomis
oportet contemplari ad certitu
dinem autem ex hystoriis ut
autem in summa dicatur et
nunc habet hec modo hanc positionem
cor campestrium animalium
et piscibus habet autem eodem
modo. Quia enim uertunt
capita hac cor acutum habet
Quoniam non eodem modo
capita uertunt campestribus
animalium et piscibus. ad os
cor acutum habet. tendit autem
ex extremitate cordis canalis
cum uena et neruus ad medium
in quod contingunt inuicem
omnes branchie maximus quod

gratis iste est. hinc autem et inte
rioris pretenduntur et alii in
extremitate interiusque bra
chiarum per quas refrigeratio
fit ad cor decurrente semper
aqua per branchias. Eodem autem
modo respirantibus thorax sur
sum et deorsum moto frequen
ter suscipientium spiritum et emit
tentium in branchiis piscibus.

Et respirantia autem in
parvo aere et eodem suffoca
Principium dicitur aliud quidem unde utique aliquid rei movebitur primum, ut longitudinis et vie hinc quidem hoc principium, ex opposito autem alterum. Aliud vero unde optime fiet unumquodque, ut doctrine non a primo et rei principio inchoandum est. Aliud unde primum generatur inexistente, ut navis sedile et domus fundamentum, et animalium alii cor, alii cerebrum, contingit tale putant. Aliud unde fit primum non inexistente et unde primum motus natus est incipere et permutatio, ut puer ex patre et matre et bellum ex convicio. Aliud cuius secundum voluntatem moventur que moventur et mutantur que mutantur, ut secundum principatus civitates et potentes et regna et tyrannides principia dicuntur, et artes et harum architectonice maxime. Amplius unde cognoscibilis res primum et hoc principium dicitur rei, ut demonstrationum suppositiones. Totiens autem et cause dicuntur. Omnes enim cause principia. Omnium quidem igitur principiorum commune est primum esse unde aut est aut fit aut cognoscitur. Horum autem hec quidem inexistentia sunt, alia vero extra. Quapropter et natura principium et elementum et mens et voluntas et substantia. Et quod cuius causa. Multorum enim et cognitionis et motus principium est bonum et malum.

Causa vero dicitur uno quidem modo ex quo fit aliquid inexistente, ut es statue et argentum fiale et horum genera. Alio vero species et exemplar. Hec autem est ratio ipsius quid erat esse et horum genera, et eius que diapason duo ad unum, et totaliter numerus, et partes que in ratione. Amplius unde principium permutationis primum aut quietis, ut consiliator causa, et pater pueri, et omnino efficiens facti et permutans permutati. Amplius ut finis. Hoc autem est quod cuius causa, ut ambulandi sanitas. Nam propter quid ambulat dicimus ut sanetur, et dicentes ita putamus reddidisse causam. Et quecumque movente alio intermedia fiunt finis, ut sanitatis aut attenuatio aut purgatio aut pharmaca aut organa. Hec namque omnia finis gratia sunt. Differunt autem abinvicem tamquam entia hec quidem ut organa, illa vero ut opera. Igitur cause fere totiens dicuntur. Accidit autem multotiens dictis causis et multas eiusdem esse causas non secundum accidens, ut statue statuifactiva et es non secundum aliud aliquid, sed inquantum statua, sed

aut secundum potentiam. Differt autem
tantum quod agentia quidem
et singularia sunt simul et non
sunt et ipsa et quorum cause ut hic
medens cum hoc convalescente
et hic edificator cum hoc edificato.
Que autem secundum potentiam non semper.
corrumpuntur enim non simul
domus et edificator.

Elementum dicitur ex quo com-
ponitur primo inexistente in-
divisibili specie in aliam speciem; ut
vocis elementa, ex quibus vox
componitur et in que dividitur
ultima. illa vero non adhuc
in alias voces ab ipsis specie diffe-
rentes. sed et si dividantur particule
eiusdem speciei ut aque particula aqua,
sillabe non sillabe. Similiter autem
et corporum dicunt elementa
dicentes in que dividuntur cor-
pora ultima. illa autem non adhuc in
alia specie differentia corpora et sive u-
num sive plura talia, hec elemen-
ta dicunt. Similiter autem et
que diagrammatum dicuntur
elementa et omnino que demonstratio-
num. Nam prime demonstrationes et
in pluribus demonstrationibus existentes hee
elementa demonstrationum dicuntur.
Sunt autem tales silogismi primi ex tri-
bus per unum medium. Et transfe-
rentes autem elementum vocant
hinc quodcumque unum ens et parvum
ad multa sit utile. Quapropter
et parvum et simplex et indivi-
sibile vocatur elementum. Unde venit maxime
universalia elementa esse quia unumquodque eorum
unum ens et simplex in multis in-
est aut omnibus aut quam plurimis.
et unum et punctum principia quibusdam
videri esse. Quoniam igitur vo-
cata genera et indivisibilia, una
enim est ratio eorum, quidam elementa genera
dicunt aliquam et magis quam differen-
tiam, quia universale magis genus. Nam cui
differentia inest et genus sequitur.
cui autem genus non omni differentia.
Omnium autem commune est elementum es-
se quod primo inest cuique.

Natura vero dicitur uno quidem
modo nascentium generatio ut
si quis extendens dicat .ie.i. physis
Uno vero ex quo generatur primo
quod nascitur inexistente. Amplius
unde primus motus in quolibet
natura entium in ipso inquantum ip-
sum existit. Nasci vero dicun-
tur quecumque augmentum habent per alterum
in tangendo et connasci aut ad-
nasci ut embria. Differt autem
autem connascentia a contactu. Hic
enim nihil preter tactum alterum
necesse esse. In simul natis autem est
aliquid unum idem in ambobus
quod facit pro tangi simul nasci et
unum esse secundum continuum et quantum,
sed non secundum quale. Amplius autem
natura dicitur ex quo primo aut est
aut fit aliquod entium ut inor- i. sine forma
dinato existente et inmobili
a sua ipsius potentia ut statue et
vasorum ereorum es dicitur
ligneorum lignum. Aliis autem similiter

ex his enim est universaliter cal-
nata prima materia. Sic etiam nos et
existentium non esse dicunt esse materiam. Alii
ignem. alii terram. alii aquam. alii
aerem. alii aliud aliquid tale
dicentes. alii quedam horum. alii vero
hec omnia. ¶ Amplius autem alio modo
dicitur natura existentium substantia. ut dicen-
tes naturam primam compositionem esse. ut
Empedocles dicit quod natura nullius est in
existentium. sed solum mixtio et
permutatio permixtorum est. natura
vero in hominibus nominatur. Quare
et quecumque natura sunt aut fiunt
iam existente ex quo nata sunt fieri
aut esse nondum dicimus naturam habere si
non habent speciem et formam. Natura
quidem igitur quod ex his utrisque
ut animalia et corum partes.
¶ Natura autem et materia prima et hec
dupliciter aut que ad ipsum prima
aut omnino prima. ut operum
ereorum ad ipsa quidem prima
es totaliter vero forsan aqua si
omnia liquabilia aqua. et species et substan-
tia. hec autem est finis generationis. Metha-
phora vero iam et omnino omnis
substantia natura dicitur propter hanc quia et natura
substantia quedam est. ¶ Ex dictis igitur
prima natura et proprie dicta est substantia
que principium motus habentium
in se in quantum ipsa. materia namque
quia huius est susceptiva esse
dicitur natura et generationes et crescere
quia sunt ab hac motus. et prin-
cipium motus natura existentium hoc ~~nox~~
inexistens aut potentia aut actu.

Necessarium dicitur sine quo non
contingit vivere ut concausa. ut anhe-
litum ut respirare et cibus ali-
mentum. Nam sine his esse est im-
possibile. ¶ Et sine quibus bonum non
contingit aut esse aut fieri. aut
aliquod malum expellere aut pri-
vari. velut bibere pharmacum necessarium
ut non laboret et ad eginam na-
vigare ut pecuniam recipiat.
¶ Amplius violentum faciens et vio-
lentia. hoc autem est quod preter impetum et
preter voluntatem impediens et
prohibens. violentum enim necessarium
dicitur. ¶ Propter quod et triste sicut et
evenus ait dicimus. Omnis enim res
necessaria tristis est. et violentia necessitas quedam
ut Sophocles dicit. Sed violentia
me hec facere cogit. ¶ Et videtur
necessitas non inexorabile ad esse
recte. Contrarium enim motui
secundum voluntatem et secundum cogita-
tionem. ¶ Amplius quod non conti-
git aliter se habere necessarium dicimus sic
se habere. ¶ Et secundum hoc necessarium et alia
dicuntur aliqualiter omnia necessaria. Vi-
olentum enim necessarium dicitur aut
facere aut pati tunc cum non con-
tingit secundum impetum propter cogens
ut hanc necessitatem existentem propter
quam non contingit aliter. ¶ Et in
concausalibus vivendi et boni simili-
ter. quando non contingit hic quidem
bonum illic vero vivere et esse sine
aliquibus hec necessaria. Et causa necessitas quedam
ea est. ¶ Amplius demonstratio
necessariorum est quia non contingit aliter se habere si

demonstratum est simpliciter, quia causa
est quod prima sunt, si impossibile est ali-
ter se habere. et ambo est aliter. Horum ve-
ro nihil alterum causa necessitatis, horum
autem multa sunt propter hec alia sunt ex
necessitate. Quare primum et proprie
necessarium quod simplex est. hoc enim non
contingit pluribus modis se habere. Qua-
re nec aliter et aliter. Iam enim plu-
ribus modis utique se habet. Ergo si qua sunt
sempiterna et immobilia, nihil
illis est violentum, nec preter naturam.

Unum dicitur aliud secundum accidens,
aliud secundum se. Secundum accidens quidem
ut Coriscus et musicum, et Coriscus
musicus. Idem enim est dicere Cori-
scus et musicum et Coriscus musicus,
et musicum et iustum, et musicus
iustus Coriscus. Omnia enim
hec unum dicuntur secundum accidens. Ius-
tum quidem et musicum quia
uni substantie accidunt. Musicum vero
et Coriscus quia alterum alteri accidit.
Similiter autem et modo quodam musicus
Coriscus cum Corisco unum est,
quia alterum partium alteri accidit earum que
sunt in oratione, ut musicum Cori-
sco. et musicus Coriscus iusto Cori-
sco, quia utriusque partes eidem uni
accidunt. unum. Nichil enim differt
aut Corisco musicum accidere. Sed
et si in genere et in universalibus alicuius
nominibus dicitur accidens, ut quia
homo idem et musicus homo. Aut
enim quia homini uni existenti substantie ac-
cidit musicum, aut quia ambo sin-
gularium alicui accidunt, ut Co-
risco. tamen non eodem modo ambo
insunt. Sed hoc quidem forsan ut
genus et in substantia, illud vero ut habitus aut
passio substantie. Quecumque ergo secundum ac-
cidens dicuntur unum, hec
modo dicuntur. Secundum se vero unum
dictorum alia dicuntur eo quod
continua sunt, ut fascis vinculo et
ligna cum visco, et linea. Et
si flexa sit, continua autem una dici-
tur. et partium singule tibia et
brachium. Horum autem magis
unum que continua natura quam arte. Con-
tinuum vero dicitur cuius motus unus
secundum se et non possibile aliter. Unus autem
cuius indivisibilis. Indivisibilis autem secundum
tempus. Secundum se autem continua quecumque
non tactu sunt unum. Si enim po-
nas se tangentia ligna invicem, dices
hec unum esse, nec lignum nec corpus
nec aliud continuum nullum. Que-
cumque omnino sunt continua unum di-
cuntur quamvis reflexionem habeant.
Adhuc magis que non habent reflex-
ionem, ut tibia aut crus quam sce-
les quia contingit non esse motum
tibie et recte. quam flexa magis
unum. reflexa vero et angula haben-
tem unam et non unam dicimus, quia
et non simul contingit esse motum eius
et simul. recte vero semper simul et nulla
pars habens magnitudinem hanc quidem
quiescit, hanc vero movetur, quemadmodum
reflexa. Amplius alio modo dicitur
eo quod subiectum est specie indif-
ferens. Indifferens vero quorum indivi-
sibilis secundum sensum species. Subiectum autem

aut primu aut ultimu ad fi
nem unum enim unu dicitur
et aq una. inq̄ntum indiuisi
bile sm spem. Et liquores
omnes unu dicunt ut oleu
unu et similia quia om ulti
mum subiectum idem. Nam a
qua aut aer omnia h sunt.
Dicuntur aut unu et quorum g
unu differens oppositis dris. et
h dicuntur omnia unu quia
g unum quod subicitur dris
ut equus homo. canis unu
quod. quia omnia animalia.
et mo ita simili sicut materia
una. h autem qm quidem. i
unu dicuntur qm uero gne
superiore quod idem dicitur. si
sunt ultime spes gnis superio
ris. ut ysos yseles et ysople
ur sunt una et eadem figura
quia ambo trianguli. S3 triti
gnia no idem. Amplius aut
dicuntur quorumcumq ro q
quod quid erat ee dicit
diuisibilis est ad aliam signifi
quid erat ee rem. ipsa enim
sm se omnis ro indiuisibilis
Sic enim augmentatum et
minutum unu sunt quia ro
una sic in superficiebz que spes
una. Omnino uo quorum
intelligentia intellectiua indiuisibilis i
tellus quid erat ee et no p
separari nq intempore. nq loco
nq rone maxime h unu et ho
rum q̄cumq sunt. Ubi enim

q̄cumqz no hnt diuisione in q̄
tum no hnt sic unu dicuntur
ut si in q̄ntum homo non ht
diuisionem unus homo. si uo
in q̄ntum al. unu al. Et si
inq̄ntum magnitudo: una ma
gnitudo plura quidem g unu di
cuntur p aliud aliquid facere
aut pati aut hre aut aliquid ee
unu. Que a primo dicuntur
unum quorum sba una. una
uo aut continuatione aut spe aut
rone. Et enim numeramus ut
plura. aut q no continua aut
quorum non una spes aut quo
rum ro non una. Amplius
a est quidem ut ad quemcumqz q
num continuitate dicimus ee
si sit q̄ntum et continuum
est aut ut non si no aliqd
totum sit h a non si spem hē
at unam ut non intueres ita
dicemus simul unu qua
litatumz partes compositas calcia
menti nisi pp continuitate. q
si sic ut calciamentum sit et spem
heat aliquam iam unam. Qua
pp et que circuli maxime
una linearum. quia tota et
pfecta est. Unum uo ee prin
cipium alicui est numero ee
. prima mensura principium.
Nam quo primo cognoscimus
hoc est prima mensura cui
libet generis principium co
gnoscibilis circa circa quodli
bet unum. non. Amplius

idem aut in omnibus generibus impar-
tibile. hic quidem enim est ~~diesis~~ dyesis
ille autem vocalis aut consonans.
gravitatis autem aliquam. et mo-
tum aliquam. ubique vero unum aut
quantitate aut specie indivisibile. Secundum
quantum quidem ergo et in quantum
quantum indivisibile. Quod quidem
omnino et sine positione dicitur unitas
quod autem omnino et positionem habens punc-
tum. Quod autem secundum unum linea.
Quod secundum vero duo superficies.
omnino vero et tripliciter divisibile
secundum quantitatem corpus. Et conversa ab
conversione duabus autem divi-
sibile superficies. uno autem li-
nea. nullatenus divisibile secundum
quantitatem punctus et unitas.
hec autem quidem non habens positionem
unitas. illud vero habens positionem punc-
tus. Amplius autem alia secundum
numerum sunt unum: alia secundum speciem
alia secundum genus. alia secundum ana-
logiam. Numero quidem quorum
materia una. specie quorum ratio
est una. Genere quorum eadem
figura predicationis. Secundum proportionem
quecumque se habent ut aliud ad aliud.
Semper itaque posteriora priorem
sequuntur. ut quecumque numero specie u-
num. Quecumque et specie: quecumque
vero genere. non omnia specie. sed propor-
tione. Et quecumque unum propor-
tione non omnia un. Nam alia
genere. Palam autem et quod multa
opposite dicentur uni. Nam alia
non existendo continua. alia in divi-

sionem divisibilem secundum speciem. aut
primam. aut ultimam. alia in haben-
do rationes plures quid erat esse dicen-
tes.

Ens dicitur hoc quidem secundum
accidens. illud vero secundum se. Secundum ac-
cidens quidem. ut iustum musicum
esse dicimus et hominem musicum
et musicum hominem. Simi-
liter dicentes ut musicum edifi-
care. quia accidit edificatori mu-
sicum esse. aut musico edificator-
em. hoc enim esse hoc significat ac-
cidere hoc huic. Sic quia et in dic-
tis. hominem quia musicum homi-
nem. aut album musicum. aut
hunc album. hec quidem quia
ambo eidem accidunt. illud vero
quia enti accidit. hoc autem musicum
hominem. quia huic musicus ac-
cidit ~~ille est. Que quidem ergo~~
~~secundum accidens~~ sic autem dicitur et album
esse quia cui accidit ille est. Que au-
tem ergo secundum accidens esse dicuntur
sic dicuntur. aut eo quod eidem en-
ti ambo insunt. aut quia en-
ti illud inest. aut quia ipsum est
cui inest. de quo ipsum predicatur.
Secundum se vero esse dicuntur: quecumque
significant figuras predicationis. quo-
tiens enim dicitur totiens esse si-
gnificat. Quoniam ergo predicatorum
alia quid est significant. alia quale. alia
quantum. alia ad aliquid. alia fa-
cere: alia pati: alia ubi: alia quan-
do: horum unicuique idem esse significat.
nichil enim differt homo convalescens est

aut homo convalescit. vel homo vadens est aut secans. vel homini vadere aut secare similiter autem et in aliis. Amplius esse et est significant quia verum. non esse vero quia non verum sed falsum. similiter et in affirmatione et negatione. ut quod est Socrates musicus. quia hoc verum. aut quod est Socrates non albus quod verum. hoc autem non est dyameter incommensurabilis quod falsum. Est amplius esse significat et ens. hoc quidem potentia dicibile. illud vero actu horum dictorum. videntium enim esse dicimus et quod potentia est dicibile videntium et quod est actu et scire similiter et potens esse scientia. et utens et quiescens. et cuius iam inest quies. et potens quiescere. similiter autem et in substantiis. et enim mercurium in lapide dicimus esse et medietatem linee et frumentum nondum perfectum. quando vero potens. et quando nondum in aliis determinandum.

Substantia dicitur et simplicia corpora ut terra et ignis. et aqua. et quecumque talia et universaliter corpora et ex hiis consistentia animalia. et demonia et partes horum. hec autem omnia dicuntur substantia quia non de subiecto dicuntur sed de hiis alia. Alio vero modo quodcumque fuerit causa essendi inexistens in talibus quecumque non dicuntur de subiecto ut anima animali. Amplius quecumque particule existentes sunt in talibus. et terminantes et hoc aliquid significantes quibus destructis destruitur totum. ut superficie corpus quemadmodum dicunt et superficies linea. Et totaliter numerus videtur esse quibusdam talis. Nam destructo et nichil esse et terminare omnia. Amplius quod quid erat esse cuius ratio est diffinitio et hec substantia dicitur uniuscuiusque. Accidit itaque secundum duos modos substantiam dici subiectum ultimum quod non adhuc de alio dicitur. Et quodcumque hoc aliquid ens. et separabile fuerit. tale vero uniuscuiusque forma et species.

Eadem vero dicuntur hec quidem secundum accidens ut album et musicum idem quia eidem accidunt et homo et musicum. quia alterum alteri accidit. musicum autem homo quia musicum homini accidit. utrique vero hec et horum utrumque illi. Et enim homini musico. et homo et musicum idem dicitur. et huic illud. Quapropter et omnia hec universaliter non dicuntur. Non enim est verum dicere quia omnis homo idem et musicum. Nam universalia secundum se existunt. accidentia vero non secundum se. sed in singularibus simpliciter dicuntur. Idem enim videtur Socrates esse musicus. Non Socrates vero in multis propter quod non omnis Socrates dicitur quemadmodum omnis homo. et hec quidem sic dicuntur eadem. Alia vero secundum se quemadmodum et unum. Et enim quorum materia aut specie. aut [illegible] eadem dicuntur

et quorum substantia una. Quare
palam quia ydemptitas unitas quedam
est aut plurium essendi aut
cum utitur ut pluribus velut quando
dicit ipsum sibi idem. Nam ut du-
obus utitur eodem.

Diversa vero dicuntur quorum
aut species sunt plures aut materia aut
ratio substantie. Et omnino opposite ei-
dem dicitur diversum.

Differentia vero dicuntur quecumque
diversa sunt idem aliquid en-
tia et non solum numero sed aut specie
aut genere aut proportione. Amplius
quorum diversum genus et contra-
ria et quecumque habent in substantia
diversitatem.

Similia dicuntur que idem passa
sunt. Et plura idem passa quam
diversa. Et quorum qualitas una. Et
secundum quecumque alterari contingit con-
trariorum horum quod plura habet
aut magis proprie huic est simile. Op-
posite vero similibus dissimilia.

Opposita dicuntur contradictio et contra-
ria et ad aliquid et privatio
et habitus. Et ex quibus et ad que
ultima ut generationes et corruptiones.
Et quecumque non contingit simul ad-
esse ambo susceptibili, hec
opposita dicuntur aut ipsa aut ex quibus
sunt. Nam pallidum et album
simul eidem non insunt. Propter quod
ex quibus sunt opponuntur. Contra-
ria dicuntur que non possunt simul
adesse eidem differentium secundum genus.
Et que plurimum differunt eorum que

sunt eo quo in eodem susceptibili.
Et que plurimum differunt eorum que
sub eadem potentia. Et quo-
rum differentia maxima aut simpliciter
aut secundum genus aut secundum speciem. Ali-
a vero contraria dicuntur hec quidem quia talia
habere. alia in talium susceptiva
esse. alia in activa aut passiva
esse talium aut agentia aut
passiva patientia aut abiectio-
nes aut acceptiones aut habitus
aut privationes esse talium. Quo-
niam autem ens et unum multipliciter dicitur
sequi est necesse et alia quecumque
secundum hec dicuntur. Quare et idem
et diversum et contrarium ut
sit diversum secundum unamquamque catheo-
goriam. Diversa vero specie dicuntur
quecumque eiusdem generis existentia
non subalterna sunt. Et que-
cumque in eodem genere existentia differentiam
habent. Et quecumque in substantia contrarieta-
tem habent. Et contraria diversa sunt
specie ab invicem: aut omnia
aut dicta primum. Et quo-
rumcumque in infimo generis species ratio-
nes diverse ut homo et equus in-
divisa genere et rationes eorum di-
verse. Et quecumque in eadem sub-
stantia differentiam habent. Eadem vero
specie opposite hiis dicta.

Priora et posteriora dicuntur que-
dam quidem tamquam existente
aliquo primo et principio in
unoquoque genere quod propinquius prin-
cipio aut determinato aut
simpliciter et natura aut ab aliquo ad quod

aut ubi aut aliquibus. Ut hec
autem secundum locum in existendo propin-
quius aut naturali loco determi-
nato ut medio aut ultimo aut
sicut evenit. Quod vero remotius
posterius. Alia tempore. hec autem
enim eo quod remotiora a nunc.
ut in factis. priora namque troica
medicis. quia remotiora a nunc.
hec autem eo quod propinquius nunc
ut in futuris. prius enim nemea
pythion. quia propinquius nunc
ipso a nunc ut principio et pri-
mus. Alia secundum motum. propinqui-
us enim primo moventi est
prius ut puer viro. principium
autem et hoc quoddam simpliciter. Alia
secundum potentiam. excedens enim po-
tentia prius et quod potentius. ta-
le vero est cuius secundum voluntatem
sequi necesse alterum et posterius.
non movente illo non moveatur
et movente moveatur. et est
voluntas principium. Alia secundum
ordinem. hec autem sunt quecum-
que ad aliquid unum determinatum
distant secundum rationem. ut parastata pro-
statu et paraniti nitis. hic qui-
dem enim corifeus. hic autem
que media principium. hec quidem
igitur priora dicuntur hoc modo.
Alio vero modo quod cognitione
est prius ut et simpliciter prius.
horum autem aliter et que secundum ratio-
nem et que secundum sensum. secundum
rationem universalia priora. secundum
autem sensum singularia. Et

secundum rationem accidens toto prius. ut
musicum musico homine. Non
enim erit ratio tota sine parte. et
autem non contingit musicum
esse non existente aliquo musico.
Amplius priora dicuntur priorum
passiones. ut rectitudo levitate.
hoc enim linee secundum se passio est.
illud vero superficiei. Hec autem
itaque et dicuntur priora et pos-
teriora. Alia vero secundum naturam et substantiam
quecumque contingit esse sine a-
liis et illa non sine aliis. qua
divisione usus est plato. Quo-
niam autem est multipliciter pri-
mum autem subiectum prius propter quod
et substantia prius. Deinde ali-
aliter que secundum potentiam et secundum actum.
Nam alia secundum potentiam priora
sunt alia secundum actum. ut secundum
potentiam quidem dimidietas
toto et pars toto et materia substantia secundum
actum vero posterius. Nam dis-
soluti secundum actum erunt. Quo-
modo itaque quodammodo omnia prius et
posterius dicta secundum hec dicuntur.
hec autem enim secundum generationem
sine aliis esse contingit. ut totum
partibus. hec autem secundum corruptio-
nem. ut pars toto. Similiter
autem et alia.

Potestas dicitur hec quidem
principium motus aut
transmutationis ~~aut~~ in alio aut in
quantum aliud. ut edificativa
potestas est que non existit in
edificato. Sed ars medicativa

Quale dicitur uno quidem
modo differentia substantie ut quale quid homo
animal bipes. equus vero quadru-
pes. et circulus qualis quedam figura et
agonion. quasi differentia secundum substantiam qualitate
existente. uno quidem itaque modo hec
dicitur qualitas substantie. Alio vero
ut immobilia et mathematica.
sicut numeri quales quidem quemadmodum
compositi et non solum ad unum
entes et quorum imitatio superficies
et solidum. hii vero sunt
quotiens quanti. aut quotiens
quotiens quanti. Et totaliter
quod preter quantitatem existit in substantia.
Nam substantia cuiuslibet quod semel
ut senarium sex non qui bis aut
ter sunt. sed qui semel. sex enim
semel sex. Amplius quecumque pas-
siones substantiarum que moventur substan-
tiarum ut color et frigiditas. et al-
bedo et nigredo. et gravitas et
levitas et quecumque talia secundum
que dicuntur mutari corpora per
permutationem. Amplius talia secundum
virtutem et malum et omnino bo-
num et malum. Fere itaque se-
cundum duos modos dicitur quale et horum
uno principalissimo. prima quidem
enim qualitas substantie differentia. huius autem
quedam et que in numeris qualitas pars.
Nam differentia quedam substantiarum. sed aut non
motorum. aut non in quantum
mota. hec autem passiones motorum
in quantum mota. aut motorum differentie
...

et motuum differentie. virtus autem
et malum passionum pars quedam.
Differentias enim ostendunt motus et
actus secundum quos faciunt aut
patiuntur aut bene aut ~~male~~ prave
que sunt in motu. possibile namque
sic moveri aut agere bonum quod-
dam. et contrarie pravum. Maxime
autem bonum et malum
significant quale in animatis
et horum maxime in habentibus
prohesim.

Ad aliquid dicuntur alia
ut duplum ad dimidium
et triplum ad tertiam partem. et
totaliter multiplicatum ad mul-
tiplicati partem. et continens ad con-
tentum. Alia ut calefactivum
ad calefactibile et sectivum ad sec-
tibile et omne activum ad passi-
vum. Alia ut mensurabile ad men-
suram. et scibile ad scientiam et sen-
sibile ad sensum. Dicuntur autem
prima quidem secundum numerum. aut
simpliciter aut determinate ad ipsos
aut ad unum. ut duplum qui-
dem ad unum numerum determinatum autem
ut hunc aut hunc. Emiolium autem
ad subemiolium secundum numerum ad nu-
merum determinatum superparticulare
vero ad subsuperparticulare secundum indetermi-
natos. aut multiplex ad unum. con-
tinens vero ad contentum omnino in-
determinatum secundum numerum. numerus enim
commensurabilis secundum non commensurabilem

aut numerum dicuntur. Continens
enim ad contentum. tantumque
est et autem et amplius hec ad
indeterminatum. Quodcumque ei
evenit. est aut equale aut non equa
le. hec quidem ad aliquid omnia secundum nu
merum dicuntur et numeri passiones.
Et amplius equale et simile
et idem secundum alium modum secundum
viii enim dicuntur omnia. Eadem
namque quorum una est substantia. Similia
vero quorum qualitas est una.
Equalia vero quorum quantitas est
una. unum autem numeri principium
et metrum. Quare hec omnia
ad aliquid dicuntur secundum numerum
quidem. non eodem autem modo.
Activa vero et passiva secundum potentiam
activam et passivam sunt et
actiones potentiarum ut calefactivum
ad calefactibile quia potest et iterum
calefaciens ad quod calefit et se
cans ad id quod secatur tam
quam agencia. Eorum vero
que sunt secundum numerum non sunt ac
tiones. sed aut quomodo in aliis dic
tum est. Que autem secundum motum
actiones non existunt. Eo
rum autem que secundum potentiam et secundum tem
pora iam dicuntur ad aliquid
ut quod fecit ad factum et facturum
ad faciendum. Sic enim pater filii
dicitur pater. hoc quidem enim fecit. id
autem passum quid est. Amplius
quedam secundum privationem potentie ut im

possibile et quecumque sic dicuntur
ut invisibile. Secundum numerum quidem
ergo et potentiam dicta ad aliquid
omnia sunt ad aliquid. eo quod
ipsum quod quid est alterius dici
tur ipsum quod est. sed non eo
quod aliud et illud. mensura
bile vero et scibile. et intellec
tuale eo quod aliud ad ipsum
dicitur ad aliquid dicuntur. Nam
intellectuale significat quia
ipsius est intellectus. Non est
autem intellectus ad cuius
est. bis enim dictum utique
erit. Similiter autem et ali
cuius visus est visus non est
visus cuiusmodi hoc dicere. sed ad
colorem. aut ad aliud aliquid tale.
Illo vero modo bis idem dicere quia est
visus est visus. Secundum se ad
aliquid dicta ad aliquid hec quidem sic dicuntur.
Illa vero si horum genera sunt talia
ut medicina eorum que ad aliquid.
quia ipsius genus scientia videtur esse
eorum que ad aliquid. Amplius secundum
quecumque habencia dicuntur ad aliquid ut
equalitas quia equale. et similitudo quia
simile. Alia vero secundum accidens ut homo
ad aliquid quia ei accidit dup
lum esse hec autem est eorum que
ad aliquid. aut album si accidit
eidem album et duplum esse.
Perfectum vero dicitur. unum quidem
extra quod non est accipere
nullam particulam ut tempus perfectum

unumquodque hoc extra quod non est accipere tempus aliquod quod sit huius temporis pars. Et quod secundum virtutem et quod bene non habet excellentiam ad genus ut perfectus medicus et perfectus fistulator: quando secundum speciem proprie virtutis in nullo deficiunt. Sic autem transferentes et ad mala dicimus calumpniatorem perfectum et latronem perfectum quando et bonos dicimus ipsos ut latronem bonum et calumpniatorem bonum. Et virtus perfectio quaedam: unumquodque enim tunc perfectum et substantia omnis tunc perfecta quando secundum speciem proprie virtutis nulla deficit pars eius que secundum naturam magnitudinis. Amplius quibus inest finis studiosus: hec dicuntur perfecta. Secundum habere enim finem perfecta. Quare quoniam finis ultimorum aliquid est et ad prava transferentes dicimus perfecte perditum esse et perfecte corruptum esse quando nihil deest corruptionis et mali sed in ultimo est. Quapropter et mors secundum metaphoram dicitur finis, quia ambo ultima. Finis autem et cuius causa ultimum. Secundum se quidem dicta que perfecta totiens dicuntur. Alia autem quia secundum bene in nullo deficiunt nec hyperbolem habent nec extra aliquid accipitur. Alia omnino secundum quod non habent hyperbolem in unoquoque ad tale genere nec aliquid est extra. Alia vero iam secundum ista aut in faciendo aliquid tale aut habendo aut congruendo tali aut in aliter aliqualiter dici ad primo dicta perfecta.

Terminus dicitur quod est cuiuslibet ultimum et extra quod nihil est accipere primum et intra quod omnia primum. Et quecumque fuerit species magnitudinis aut habentis magnitudinem. Et finis cuiusque. Tale vero ad quod motus et actus et non a quo. Et quandoque ambo et a quo et in quod. Et cuius causa. Et substantia que est cuiuslibet. Et quod quid erat esse eius. Cognitionis enim hec terminus. Si autem cognitionis et rei. Quare palam quia quotiens principium dicitur totiens et adhuc amplius terminus. Principium enim terminus quidem est; sed non omnis principium.

Secundum quod dicitur multipliciter. Uno quidem modo species et substantia cuiusque rei ut secundum quod bonus per se bonum. Alio vero in quo primum aptum natum est fieri ut color in superficie. Primo quidem igitur dictum secundum quod species est; secundo autem ut materia cuiusque et subiectum cuique primum. Omnino vero ipsum secundum quod totiens et causa existet; nam secundum quod venit aut cuius causa venit

dicitur et secundum quod per se syllogizatum est
aut syllogizatum est, aut causa
est alii aut syllogismi. ¶ Amplius secundum
quod secundum positionem dicitur secundum quod stetit
aut secundum quod vadit hic. namque omnia
positionem habent et locum. ¶ Quare et
secundum se multipliciter dici est necesse. U-
no autem enim secundum se quod quid
erat esse unicuique ut callias et
quod quid erat esse calliam. ¶ Alio
vero quecumque in eo quod quid est
existunt ut animal callias secundum se. nam
in ratione inest. animal enim quod-
dam callias. ¶ Amplius si in ipso
susceptibilium est primo. aut in partium
aliquo ut superficies alba secundum se
et vivens secundum se homo. anima
namque pars quedam est hominis in qua
prima est ipsum vivere. ¶ Amplius
cuius non aliqua alia causa est. hominis
enim multe sunt cause, animal bipes,
at tamen secundum se homo homo est. ¶
Amplius quecumque soli insunt et in quan-
tum soli quia separatum secundum se.

Dispositio dicitur habentis partes ordo
aut secundum locum. aut secundum potentiam.
aut secundum speciem. Positionem enim oportet
quandam esse: sicut et ipsum hoc nomen
ostendit dispositio.

Habitus vero dicitur uno quo-
dam modo tamquam actio quedam
habentis et habiti ut actus quidam
aut motus. Quando enim hoc quidem
facit illud vero fit est factio
intermedia. sic et habentis vestem

et habite vestis est intermedius ha-
bitus. hunc autem igitur manifestum quod
non contingit habere habitum. In in-
finitum enim vadet si habiti fuerit
habere habitum. ¶ Alio vero modo habitus dis-
positio dicitur secundum quam bene vel male dispo-
nitur dispositum. et aut secundum se
aut ad aliud ut sanitas habitus que-
dam dispositio namque talis. ¶ Amplius
habitus dicitur si est pars dispositionis
talis. ¶ Quapropter partium virtus ha-
bitus quedam est.

Passio dicitur uno quidem
modo qualitas secundum quam alterari con-
tingit ut album et nigrum. dul-
ce et amarum. et gravitas et
levitas. et quecumque alia talia.
¶ Alio vero horum ~~ho~~ actiones et
alterationes iam. ¶ Amplius horum ma-
gis nocive alterationes et motus
et maxime tristes nocive. ¶ Adhuc
plus magnitudines calamita-
tum et tristium passiones dicuntur.

Privatio dicitur uno quidem
modo: si non habet aliquid
natorum haberi. et si non ipsum pri-
vatum sit habere ut oculis privari
dicitur planta. ¶ Alio vero si ap- natum
tum habere aut ipsum aut genus.
non habet. ut aliter homo cecus in-
sui privari dicitur. et talpa. hec
quidem secundum genus: illud vero secun-
dum se. ¶ Amplius si aptum natum et
quando aptum natum habere non habet.
Cecitas enim privatio quedam est quia

cecus non est secundum omnem etatem
sed in qua aptum natum est habere
si non habet. Similiter autem et in quo
cumque fuerit et secundum quod et ad quod
et ut si non habet aptum natum.
Amplius cuiuslibet per vim ab
latio privatio dicitur. Et quo
ciens autem ab eo quod a in
privationum particula negationes
dicuntur totiens et privationes di
cuntur. Nam inequale non habere equali
tatem aptum natum dicitur
invisibile vero et quod eo omnino
non habeat colorem et eo quod tur
piter sine pede [illegible] pede [illegible] et eo
quod non habet bene omnino perfectum
eo quod turpes. Amplius et eo quod
parvum habet et non igneum hoc autem
est imperfecte aliquo modo habere. Am
plius si non facile aut non bene
ut insecabile non solum quia
non secatur sed quia non facile aut
quia non bene. Amplius omnino
non habere. cecus enim non dicitur
monoculus sed qui in ambobus
non habet visum. propter quod non omnis
bonus aut malus aut iustus aut
iniustus sed et medium.

Habere multipliciter dicitur. Uno
quidem ducere secundum suam naturam
aut secundum suum impetum. propter quod
febris dicitur habere hominem et tyran
ni civitates et vestimentum indu
tilibus. Uno vero in quo aliquid existit
ut in susceptibili. ut es habet speciem
statue et infirmitatem corpus. Uno quod ut
continens contentum. Nam in quo
est contentum habere ab hoc dicitur ut
lagenam habere humidum dicimus
et civitates homines et naves
nautas. Sic autem et totum habere partes.
Amplius prohibens secundum suum impe
tum aliquid moveri aut operari
habere dicitur hoc ipsum ut columpne
ponderosa superposita ut poete
athlantem faciunt celum habere
tanquam casurum super terram. quemad
modum physiologorum quidam
dicunt. hoc autem modo et continens dicitur
que continet habere. quasi separata utique secundum
suum impetum singula. Et
in aliquo autem esse similiter modo dicitur
et consequenter ipsi habere.

Ex aliquo esse dicitur uno quidem
ex quo modo ex quo est ut materia
et hoc dupliciter aut secundum primum
genus aut secundum ultimam speciem
puta sunt aquatica et omnia
liquabilia ex aqua. Est autem
velut ex ere statua. Alio vero
ex primo movente principio. ut
ex quo pugna ex convicio. hec
enim est principium pugne.
Alio ex composito ex materia et forma
ut ex toto partes et versus ex yliade et
ex domo lapides. Finis enim
est forma perfectum vero habens finem.
Alia autem ut ex parte species ut homo
ex bipede et sillaba ex elemento. aliter enim
hoc et statua ex ere. natura enim sensibili

mi est composita sit. si et species ex spe
rum. Hec autem que sic dicuntur alia
vero si secundum partem aliam horum
aliquis extitit motorum ut ex pa
tre et matre puer et ex terra plan
te. et ex aliqua parte ipsorum. Alio
vero post quod tempore ut ex die
nox et serenitate tempestas quia hec
post hoc. Horum autem hec quidem
quia habent transmutationem ad invi
cem ita dicuntur ut et que nunc
sunt dicta. hec autem eo quod sunt
tempore consecutiva solum ut ex equi
noctio fiebat navigatio quia post
equinoctium fiebat. et ex dyoni
sis targelia quia post.

Pars dicitur uno quidem modo in
quam dividitur utcumque quantum
quantitatum semper enim ablatum
a quanto in quantum quantum pars
illius dicitur ut trium duo pars
dicuntur aliqualiter. Alio vero modo
que talia mensurant solum propter
quod duo trium sunt quidem ut dicitur
pars sunt aut ut non. Amplius
in que dividitur utcumque species sine quan
titate ut hec partes huius dicuntur
Quare species generis dicunt esse par
tes. Amplius in que dividitur aut
aut ex quibus componitur totum
aut species aut habens speciem ut spe
ere aut cubi eree et es pars hec
autem est in qua species angulus
pars. Amplius que sunt in ratione
unumquodque ostendente et hec partes toti
us propter quod genus et speciei … pars dicitur
alio autem species generis pars.

Totum dicitur et cuius nulla
pars abest ex quibus dicitur
totum natura et continens contenta
ut unum aliquid sint illa. hoc
autem dupliciter. aut enim ut unumquodque
unum. aut ut ex hiis unum. Universale
autem enim et quod totaliter dicitur
ut totum aliquid ens sic est
universale quia multa continens in predi
cari de unoquoque. et unum omnia esse
ut unumquodque puta hominem equum
deum dicuntur quia omnia animalia.
Continuum vero et finitum quando
unum aliquid ex pluribus est que
insunt maxime quidem potentia aut
non et energia. Horum vero eo
rum magis que sunt natura quam ar
te talia quemadmodum et in uno di
ximus tanquam existente totalitate
unitone aliqua. Amplius quanto hn
te principium et medium et
ultimum quorum quidem non facit
positio differentiam omne dicitur quorum
vero facit totum et quorum am
bo dicuntur et totum et omne.
Sunt autem hec quorum aliqua
natura quidem eadem manet transpo
sitione forma vero non ut cera
et vestis. et enim et totum
et omne dicuntur. habent enim
ambo. aqua vero et quecumque sunt
humida et numerus omne quidem di
cuntur. totus vero numerus et tota aqua non

dicitur nisi per metaphoram. Quanta vero dicuntur in ambobus omne ut in uno; in hiis omnia ut in divisis; omnis hic numerus, omnes hee unitates.

Colobon vero dicitur quantorum non quodcumque sed partibile oportet illud esse et totum. Nam duo non sunt colobi altero ablato uno. Non enim equalia colobonia et reliquum umquam est. Nec totaliter numerus nullus. Et enim substantiam oportet manere; si calix colobos adhuc oportet esse calicem; numerus vero non adhuc idem. Ad hec autem et si partium dissimilium sunt, nec hec omnia. Numerus enim est ut dissimiles habens partes ut dualitatem et trinitatem. Sed totaliter quorum non facit positio differentiam nullum est colobon ut aqua et ignis; sed oportet talia esse que secundum substantiam positionem habent. Amplius continua. Nam armonia est ex eis que sunt dissimilium partium et positionem, colobon autem non fit. Adhuc autem nec quelibet tota nec hec cuiuscumque particule privatione colobi. Non enim oportet neque que principalia substantie nec ubicumque existentia, ut si perforetur calix non colobum, sed si auris aut extremitas aliqua; et homo, ut si carnem aut splenem, sed si extremitatem; et hec non omnem, sed que non habet generationem ablata tota. Quapropter calvi non sunt colobi.

Genus dicitur hoc quidem si sit generatio continua specierum habentium idem ut dicitur donec utique hominum genus sit, quia donec est generatio continua ipsorum. Illud vero a quo sunt primo movente ad esse. Sic enim dicuntur Ellines genere et Iones, quia hii ab Elline et illi ab Ione primo generante. Et magis qui a generante quam a materia. Dicuntur enim et a femina genere ut a Pyrra. Amplius autem ut superficies figurarum genus superficialium et solidum solidorum. Figurarum enim unaqueque hec quidem superficies talis, hec autem solidum tale. Hoc autem est quod subicitur differentiis. Amplius ut in rationibus quod primum inest quod dicitur in eo quod quid est, hoc genus, cuius differentie dicuntur qualitates. Genus quidem totiens dicitur. Aliud quidem secundum generationem continuam speciei eiusdem, aliud autem secundum primum movens eiusdem speciei, aliud vero ut materia. Cui enim differentia et qualitas est, hoc est subiectum quod dicimus materiam.

Diversa vero genere dicuntur quorum diversum primum subiectum et non resolvuntur alterum in alterum, nec ambo in idem, ut species et materia diversum genere. Et quecumque secundum diversam figuram cathegorie entis dicuntur. Alia namque quid est significant entium, alia quale quid, alia ut divisum est prius; nec enim hec resolvuntur in invicem nec in unum aliquod. nota

Falsum dicitur uno modo ut res falsa, et huius: hoc autem per non componi, aut per impossibile esse componi, sicut dyametrum esse commensurabilem, aut te sedere. Horum enim falsum hoc, illud autem semper illud non. Quare sic enim non entia hec. Alia vero que sunt quidem entia et apta nata sunt videri aut non qualia sunt aut que non sunt ut cyagraphia et sompnia. Hec namque sunt aliquid autem, sed non quorum faciunt fantasiam. Res ergo false sic dicuntur aut quia non sunt ipse, aut quia ab eis fantasia non entis est. Ratio vero falsa que non sunt entium in quantum falsa. Unde omnis oratio falsa alterius quam cuius vera est, ut que circuli falsa trigoni. Cuiuslibet autem ratio est autem ut una que eius quod quid erat esse. Est autem ut multe, quoniam idem aliqualiter ipsum et ipsum passum, ut Socrates et Socrates musicus. Falsa autem ratio nullius est simpliciter ratio. Quare Antistenes opinatus est fatue nichil dici dignatus nisi propria ratione unum in uno, ex quibus accidit non esse contradicere, fere autem nec mentiri. Est autem unumquodque dicere non solum sua ratione, sed et ea que alterius, falso autem et omnino. Est autem ut et vere, sicut octo duplum dualitatis ratione. Hec quidem igitur ita dicuntur falsa. Homo autem falsus qui promptus et electivus talium rationum, non aliud aliquid sed propter ipsum, et qui aliis talium factor rationum, sicut res dicimus esse falsas quecumque falsam faciunt fantasiam. Quare et in ypia oratio refellitur ut eadem vera et falsa. Potentem enim mentiri accipit falsum. Hic autem sciens et prudens. Amplius voluntarie pravum meliorem. Hoc autem falsum accipit per inductionem. Nam voluntarie claudicans non voluntario melior, claudicare imitari dicens. Quoniam si claudus voluntarius deterior forsan sic in more et hic.

Accidens dicitur quod inest alicui et verum est dicere, non tamen dicere nec ex necessitate nec ut frequenter, puta si aliquis fodiens plante foveam thesaurum invenerit. Hoc ergo accidens fodienti foveam invenire thesaurum, nec enim ex necessitate hoc ex hoc aut post hoc, nec ut frequenter si aliquis plantat invenit thesaurum. Et musicus utique aliquis erit albus. Sed quoniam non ex necessitate nec frequenter, hoc accidens dicimus. Quare quoniam est existens aliquid et alicui, et horum quedam et alicubi et quando, quodcumque extiterit quidem, sed non quia hoc aut nunc aut hic, accidens erit. Nec est alia causa

determinata accidentis sed contingens sed et indeterminatum. Accidit ergo autem egynam venire si non propter hoc advenit ut illuc veniat sed ad yeme expulsus aut a latronibus captus. evenit autem et est accidens et non inquantum ipsum sed inquantum alterum. hyemps enim est causa non quo navigabat veniendi. hec autem erit egyna. Dicitur et aliter accidens. ut quecumque existunt unicuique secundum se non existentia in substantia velut triangulo duos rectos habere. Et hec autem contingit sempiterna esse. illorum vero nullum. huius autem ratio in aliis.

Principia et cause queruntur entium. palam autem quod inquantum entia. Est enim alia causa sanitatis et convalescentie. Sunt et mathematicorum principia elementa et cause. et totaliter omnis scientia intellectualis participans aliquid intellectus circa causas et principia est. aut certiora aut simpliciora. Sed omnes iste circa unum quoddam et genus aliquod circumscripte et de hoc tractant. sed non de ente simpliciter. nec inquantum est ens. Nec de ipso quod quid est. ullam rationem faciunt. sed ex hoc alie quidem sensui facientes ipsum manifestum. alie autem suppositionem accipientes quod quid est: sic que secundum se insunt generi circa quod sunt demonstrant. aut magis necessarie aut infirmius. Quapropter palam quia non est demonstratio substantie nec eius quod quid est ex tali inductione. sed quidam alius modus ostensionis. Similiter autem nec si est aut non est genus circa quod versantur nichil dicunt. propter eiusdem rationis esse ipsum quod quid est manifestum facere et si est. Quoniam quidem physica scientia est circa genus quoddam entis: nam circa talem est substantiam in qua est principium motus et status in ea. palam quia nec activa est nec factiva. factivorum enim in faciente principium aut intellectus aut ars aut potentia quedam. activorum vero quod in agente prohairesis. Idem enim agibile et eligibile. Quare si omnis scientia aut activa aut factiva aut theorica. physica quedam erit. sed theorica circa tale ens quod est possibile moveri et circa substantiam que secundum rationem ut secundum magis non separabilem solum. Oportet autem quod quid erat esse et rationem quomodo est non latere tamquam sine hoc querere nichil facere sit. Diffinitorum et ipsorum quod quid est hec quidem

271

rem ita sunt ut simum illa vero ut concavum. Differunt autem hec quia simum quidem conceptum est cum materia. Est enim simum nasus concavus. Concavitas vero sine materia sensibili. Si igitur omnia physica similiter simo dicuntur ut nasus oculus facies caro os totaliter animal, folium radix cortex totaliter planta, nullius enim ratio sine motu, sed semper habet materiam, palam quomodo oportet in physicis quod quid est querere et diffinire. Quare et de anima quandoque est speculari physici quecumque non sine materia est. Ergo quod quidem est physica theorica manifestum ex hiis. Sed est et mathematica. Sed si immobilium et separabilium est nunc ad hoc non manifestum. Quia tamen quedam mathematica in quantum immobilia et in quantum separabilia speculantur palam. Si vero est aliquid immobile et perpetuale et separabile, palam quod est theorice id nosse, non tamen physice. Circa mobilia enim quedam est physica. Nec mathematice, sed prioris ambabus. Physica namque circa inseparabilia quidem sed non immobilia; mathematice autem quedam circa immobilia quidem, sed non separabilia forsan, verum ut in materia; prima vero et circa separabilia et immobilia. Necesse vero omnes quidem causas esse perpetuas et maxime has. Hee namque cause manifestis divinorum. Quare tres erunt philosophie theorice, mathematica, physica, theologia. Non enim immanifestum quia si alicubi divinum existit, in tali natura existit. Et honorabilissimam scientiam oportet circa honorabilissimum genus esse. Ergo theorice aliis scientiis desiderabiliores sunt, hec autem theoricarum. Dubitabit enim utique aliquis utrum prima philosophia sit universalis aut circa aliquod genus et naturam unam. Non enim idem modus nec in mathematicis, sed geometria et astrologia circa aliquam naturam sunt, illa vero universaliter omnium communis. Siquidem igitur non est aliqua altera substantia preter natura consistentes, physica utique erit prima scientia. Sed si est aliqua substantia immobilis, hec prior et philosophia prima, et universalis sic quia prima; et de ente in quantum ens huius utique erit speculari, et quid est et que insunt in quantum ens.

Sed quoniam ens simpliciter dictum dicitur multipliciter, quorum unum quidem erat quod secundum accidens, et aliud ut verum, et non ens ut falsum; preter hec autem sunt figure cathegorie, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, et si quid aliud significat hoc modo; et adhuc preter hec omnia quod potentia et actu. Quoniam itaque multipliciter dicitur ens, primum de eo quod secundum accidens est dicendum, quia nulla est circa id speculatio. Signum autem: nulla enim scientia ei cure, nec activa nec

fin scāna studiosa est de eo nec
thonica. Nō enim faciens domū
facit q̄cumq; accidunt simul do
mui facte. infinita eīn enim
sunt hys quidem enim volup
tuosam. illis ꝯ' nocivam. aliis ꝯ'
utilem. nichil ꝓhibet eē̄ factū
et aliorum ut est dicere ab om
nibus quorum nullius est edi
ficativa factiva. Eodem uō
dubio non dividitur aliter et iterum. Verum omne divisibile non dividitur nisi aut in multitudine aut in magnitudine aut in motu suo. Cum ergo res est sub hac dispositione est sub tempore quoniam non recipit divisionem nisi in tempore et intelligentia quidem non est in tempore verumtamen est cum eternitate. Quapropter facta est altior et superior omni corpore et omni multitudine que si invenitur in ea multitudo non invenitur nisi quasi res sit una. Cum ergo intelligentia sit penitus secundum hunc modum divisionem non recipit. et significatio quidem istius est reditio sui super essentiam suam scilicet quia non extenditur cum re extensa ita sit una earum extremitatum remota est ab alia quod est quia cum vult scientiam rei corporalis extenditur cum ea et ipsa stat fixa secundum suam dispositionem quoniam est forma a qua non transit aliquid et corpora quidem non sunt. Ita et significatio quod intelligentia non est corpus neque dividitur eius opus est et ipsius essentia est quod utraque sunt una res intelligentia quidem enim multa propter bonitates que adveniunt ei a causa prima et ipsa quamvis multiplicetur per modum hunc tamen quod appropinquat uni fit non divisibilis. intelligentia quidem non recipit divisionem quoniam est primum causatum quod causatum est a causa prima et unitas dignior est quam divisio. Iam ergo verificatum est quod intelligentia est substantia que non est cum magnitudine corporali neque corpus neque movetur per aliquem modorum motus corporum. Quapropter facta est super tempus cum eternitate sicut ostendimus.

Omnis intelligentia scit quod est supra se et quod est sub se verumtamen scit quod est sub se quoniam est scit causa ei et quod est supra se quoniam acquirit ab eo bonitates.

Et intelligentia quidem est substantia intellectualis ergo secundum modum sue substantie scit res quas acquirit desuper et res quibus est causa ergo ipsa dicitur quod scit supra eam et quod est sub ea et scit quod illud quod est super eam est causa ei et quod est sub ea causatum ex ea. et cognoscit causam suam et causatum suum per modum quo est causa eius per modum substantie sue et sui esse et scit omnis sciens non scit rem meliorem et rem maiorem inferiorem et deteriorem nisi secundum modum sue substantie et sui esse non per modum secundum quem sunt res et si ita est tunc procul dubio bonitates bonitates que descendunt a causa prima super intelligentiam sunt in ea intelligibiles sunt intelligentia intelligibiles que est

qm res que sunt impressiones ipse p
mo sunt vel cause ee impressioni.
Et significatio illius quod e inte
lligencia ipsa est ca eorum q sb ipsa est
p hec quod est intelligencia. si g^o est in
telligencia causa rerum p hec q
ipsa est intelligencia tunc exemplaria
cause rerum in intelligencia sunt inte
lligibiles iam g^o manifestum est quod
res sup intelligenciam et sb ea sunt
p virtutem intelligibilem. et similiter
res corporee in intelligencia sunt intelli
gibiles et res intelligibiles cum
in intelligencia sunt intelligibiles qm ipsa
est ca est eorum ee et qm ipsa no
apprehendit eas nisi p modum sub
stancie et ipsa quia est intelligencia apprehe
ndit res apprehensione intelligibili
sive intelligibiles sunt res sive corporee

Omnes intelligencie precedentes
tirio et essencia eius vel
est per bonitatem primam
que est prima causa.

Et virtus quidem intelligencie vehemen
tioris unitatis est qm res post eam
post eam qm ipse non accipiunt co
gnitionem et non facta est nisi ita
causa est ei q est sb ea quia si g^o
eius et illud cuius rememoratio
intelligencia est regens omnes res q

sunt sb ea p virtutem divinam
q est in ea et p eam continet res
qm p eam est ca rerum et ipsa conti
net omnes res q sb ea sunt et com
prehendit eas quod est qm est ens
q est primum rebus et ca eius est
retinens illas res et causa eas
et non euadit ab ipsis ad p virtu
tem suam vel causam g^o intelligencia
est princeps omnium q sb ea sunt et
retinens ea sicut natura regit res q
sunt ea sb ea sunt p virtutem
intelligencie et similiter intelligencia nunc p
virtutem divinam et intelligencia quidem
non facta est retinens q facta sunt
post ee et regens eas et suspen
dens virtutem quis sup eas intelligencia
nam ipsa sunt virtus substancialis eius im
mo ipsa est virtus virtutum substancia
lissima qm est ca eius unde intelle
ligencia comprehendit generata et natura
et orizonte eius s. animam naturam ipsa
est sup nam. Quod quia natura continet
generacionem et anima continet naturam intelli
gencia continet animam g^o intelligencia conti
net omnes res et non est facta intelle
ligencia ita nisi p causam primam que
supereminet omnibus rebus et causa q
dem prima non est intelligencia nec
anima nec natura immo est sup intelligenciam
animam et naturam q est creans omnes
res verumptamen est creans intelligenciam
absque medio et creans animam et naturam
et reliquas res mediante intelligencia
Et sciam quidem divina non est sicut sciam

intelligibilis, immo causa animalis, immo est super causam anime et intelligentie, quoniam est causa causarum, et virtus eius quarum prima super omnem divinam virtutem intelligibilem et animalem et naturalem. Etenim causa omni virtuti; et intelligentia est habens yliatim et formam, et similiter anima est habens yliatim, quoniam ipsa est esse tantum. Quod si dixerit aliquis: necesse est ut sit habens yliatim, dicemus: yliatim eius est infinitum et individuum eius bonitas est pura influens super intelligentias omnes bonitates et ceteras reliquas res mediante intelligentia.

Omnis intelligentia plena est formis, verumtamen ex intelligentiis sunt que continent formas minus universales, et ex eis sunt que continent formas plus universales.

Quod est quoniam forme que sunt in intelligentiis secundis inferioribus per modum particularem sunt in intelligentiis primis per modum universalem, et forme que sunt in intelligentiis secundis sunt per modum particularem. Et in primis intelligentiis est virtus magna, quoniam sunt vehementioris unitatis quam intelligentie secunde inferiores, et intelligentie secunde sunt virtutes debiles, quoniam sunt minoris unitatis et pluris multiplicitatis. Quod est quia intelligentie que sunt longinquiores ab uno puro sunt pluris quantitatis et virtutis debilioris, et quia intelligentie vicine uni puro vero sunt minoris quantitatis et maioris virtutis. Accidit tunc ut forme que procedunt ex intelligentiis primis procedant processione universali unita, et nos quidem abbreviamus et dicimus quod forme que adveniunt ex intelligentiis secundis sunt debilioris processionis et vehementioris separationis. Propter illud ergo intelligentie secunde prospiciunt in formam universalem que est in intelligentiis primis, et dividunt eam et separant eam, quoniam recipere non possunt illas formas secundum unitatem et certitudinem earum nisi secundum modum quo non possunt recipere eas per separationem et divisionem. Et similiter unaqueque ex rebus non recipit quod est super eam nisi per modum secundum quem possunt recipere ipsum, et non nisi secundum modum secundum quem est eis receptibilis.

Omnis intelligentia intelligit res sempiternas que non destruuntur neque cadunt sub tempore.

Quod est quoniam si intelligentia est semper quae non movetur, tunc ipsa est causa rebus sempiternis quae non destruuntur, neque cadunt sub generatione. Et intelligentia quidem non est ita nisi quia intelligit rem per esse suum quod est sempiternum quod non corrumpitur. Cum ergo hoc ita sit, dicimus quod res destructibiles sunt ex corporeitate, scilicet ex causa corporea temporali, non ex causa intelligibili aeterna.

Primorum omnium quaedam sunt in quibusdam per modum quo licet ut sit unum eorum in alio.

Quod est quia in esse sunt vita et intelligentia, et in vita sunt esse et intelligentia, et in intelligentia sunt esse et vita. Verumtamen esse et vita in intelligentia sunt duae intelligentiae, et esse et intelligentia in vita sunt duae vitae, et intelligentia et vita in esse sunt duo esse. Et illud quidem non est ita nisi quia unumquodque primorum aut est causa aut causatum. Causatum ergo in causa est per modum causae, et causa in causato per modum causati. Et nos quidem abbreviamus et dicimus quod res agens in rem per modum causae non est in ea nisi per modum qui est causa eius, sicut sensus in anima per modum intelligibilem, et intelligentia in esse per modum essentialem, et esse primum in intelligentia per modum intellectualem, et intelligentia in anima per modum animalem, et anima in sensu per modum sensibilem. Et redeamus et dicamus quod sensus in anima et intelligentia in causa prima sunt per modos suos secundum quod ostendimus.

Omnis intelligentia intelligit essentiam suam.

Quod est quia intellectus et intellectum sunt simul. Cum ergo intelligentia est intelligens et intellectum, tunc procul dubio videt essentiam suam. Et cum videt essentiam suam scit quod intelligit per intelligentiam suam. Et cum scit quod intelligit per intelligentiam suam essentiam. Et cum scit essentiam suam scit reliquas res quae sunt sub ea, quoniam sunt ex ea. Verumtamen sunt in ea per modum intelligibilem. Ergo intelligentia et res intellectae sunt unum. Quod est quia si sunt res intellectae et intelligentia scit esse suum, tunc procul dubio quoniam ipsa scit essentiam suam scit res reliquas, et res reliquas scit essentiam suam, quoniam cum scit res ipsa non scit nisi quia sunt intellectae. Ergo intelligentia fit esse unum et res intellectae simul, sicut ostendimus.

In omni anima res sensibiles sunt et per hoc quod sunt exemplum ei, et res intelligibiles in ea sunt quia scit eas.

Et non facta est ita nisi quia ipsa comprehensa est inter res intelligibiles que non moventur et inter res sensibiles que moventur, et quia anima est sic, fit quod imprimit res corporeas. Quapropter facta est causa corporum et facta est causata ex intelligentia que est ante ipsam. Res ergo que imprimuntur ex anima sunt in anima per intentionem vel virtutem exempli, scilicet quia res sensibiles efficiuntur secundum exemplum anime, et res que cadunt super ipsam sunt in anima per modum acquisiti. Hoc ergo cum sit, ita revertamur et dicamus quod res sensibiles omnes in anima sunt per modum cause, preter quod in anima est causa exemplaris, et intelligo per causam virtutem agentem res sensibiles. Verumtamen virtus activa in anima non est materialis, et virtus corporea in anima est spiritualis, et virtus imprimens in rebus habentibus dimensionem est sine dimensione. Res autem intelligibiles in anima sunt per modum accidentalem, scilicet quia res intelligibiles que non dividuntur sunt in anima per modum divisibilem, unite res intelligibiles unite sunt in anima per modum, scilicet animalem spiritualem, multiplicatum, et quod res intelligibiles quiescentes sunt in anima per modum cum multiplicatione, et res intelligibiles que non moventur sunt in anima per modum motus. Iam ergo ostensum est quod res intelligibiles et sensibiles sunt in anima. Verumtamen res corporee sensibiles corporee mote sunt in anima per modum animalem spiritualem unitum, et quod res intelligibiles unite quiescentes in anima per modum cum multiplicant motum.

Omnis sciens qui scit essenciam suam est rediens ad essenciam suam reditione completa.

Quod est quia scientia non est nisi actio intelligibilis. Cum ergo scit sciens essenciam suam, tunc redit ad essenciam suam per operationem intelligibilem, et hoc non est nisi quia sciens et scitum sunt una res, quoniam scientia scientis essenciam suam est ex eo et ad eum est: ex eo quia est sciens, est ad eum quia est scitum, quod est quia cum scientia sit scientia scientis et sciens scit essenciam suam, quia est eius operatio rediens ad essenciam suam, ergo substantia eius est rediens

ad eternitatem ipsius tamen et non figitur per recordationem suam ad eternitatem nisi quia est stans fixum per se non indigens fixione et sine eternitate de alia exigente te ipsum quoniam est sua simplex sufficiens per se ipsum.

Omnes virtutes quibus non est finis pendentes sunt per infinitum primum quod est virtus virtutum non quia ipse sint fixe stantes in rebus entibus immo sunt virtutes rebus entibus habentibus fixionem.

Quod si aliquis dicat quod ens primum creatum scilicet intelligentia est virtus cui non est finis dicemus quod non est virtus ens creatum immo est ei virtus quedam et virtus quidem eius non est facta infinita nisi infra non supra quoniam ipsa non est virtus pura que non est virtus nisi quia est res quia est res que non finitur inferius neque superius. Ens vero primum creatum scilicet intelligentia habet finem et virtuti eius est finis sed ens primum creans est infinitum primum purum quod quia si entibus formatis non est finis per adherentiam suam ab infinito puro ut non sint infinita entia, tunc propter hoc ipsum primum ens creans est super infinitum ens autem creatum primum scilicet intelligentia non est de se finitum nisi per quod est ipsum quod est non finitum. Ens ergo primum est mensura entium primorum intelligibilium et entium secundorum sensibilium scilicet quia ipsum est quod creavit entia et mensuravit ea mensura conveniente. Redeamus ergo et dicamus quod ens primum creans est super infinitum sed ens secundum creatum est infinitum. et quod est inter ens primum creans et ens secundum creatum est non infinitum. et reliquae bonitates simplices sicut vita et lumen. et que sunt eis similia sunt cause rerum omnium habentium bonitates ex causa prima. scilicet quod infinitum est causa prima. Ens vero creans est causa omnis bonitatis influens primo bonitates suas super creatum primum et super intelligentiam et deinde super alia creata intelligibilia et corporea mediante intelligentia.

intel

Omnis virtus unitas plus est infinita quam virtus multiplicata.

Quod est quia infinitum primum
quod est intelligentia est propinquum uni
uero puro propter illud ergo factum est quod
omnium uirtute propinquarum uni uero est
infinitas plusquam in uirtute lon-
ginqua ab eo. Quod est quia uirtus
cum incipit multiplicari tunc des-
truitur eius unitas et cum destru-
itur eius unitas destruitur infini-
tas eius. et non destruitur infinitas
eius nisi quia diuiditur. Et il-
lud quod significat et uirtus
diuisa et quod eius ipsa quanto ma-
gis aggregatur et unitur magni-
ficatur et uehementior fit et efficit
operationes mirabiles. et quanto mag-
is partitur et diuiditur minoratur et
debilitatur et efficit operationes uiles
Iam ergo manifestum est et planum quod
uirtus quanto magis approximat uni
puro et uero fit uehementior eius
unitas et est infinitas in ea ma-
gis apparens et manifestior et sunt
operationes magne mirabiles et no-

Res omnes habent biles
essentiam propter ens primum et
res uiue omnes sunt mo-
te per essentiam suam propter
uitam primam et res i-
telligibiles omnes habent
scientiam propter intelligenci-
am primam.

Quod est quia si omnis causa dat cau-
sato suo aliquid tunc procul dubio esse
primum dat causatis suis omnibus esse. Et
similiter uita dat causatis suis motum
quia uita est processio procedens ex
ente primo quieto sempiterno et
primus motus. et similiter intelligentia
dat causatis suis scientiam. Quod est quia
omnis scientia uera non est nisi intelligentia
et intelligentia est primum sciens quod est
et est influens scientiam super reliqua
scientia. Redeamus ergo et dicamus quod
ens primum est quietum et est causa
causarum. Et si primum dat omnibus
rebus ens tunc ipsum dat eis per
modum creationis. Vita uero prima dat
eis que sunt sub ea uitam non per modum
creationis immo per modum for-
me. Et similiter intelligentia non dat
eis que sunt sub ea et scientiam et re-
liquis rebus nisi per modum forme.

Ex intelligentiis est que
est intelligentia diuina
quoniam ipsa recipit ex
bonitatibus puris que

procedunt ex causa prima
p receptionem multam.
et de eis que intelligencia
tantum quoniam non re
cipit ex bonitatibus pri
mis nisi mediante in
telligencia. Et anima
bus est que est anima i
telligibilis quoniam est
pendens p intelligenciā.
Et ex hijs est que est
anima tantum et et ex
corporibus naturalibus ē.
tantum est anima regēs
ipm et faciens directōm
sup ipm et ex eis sunt
que sunt corpora sunt ta
tum naturalia non ha
bencia animas.

Et hec nō fit nisi quoniam est
ipa. iz intelli^b tota. iz animal' to
ta iz corporea tota iz pendet p cāz
que est sup^a eam. nisi que est ex ea
completa integra. et que pendet
p cām que est sup^a eam. C que ex
ea est completa integra est que
pendet p cām que est sup eam. C
nō omnis intelligencia pendet p bo
nitas eē cause. prime. nisi que
ex eis est intellia completa nisi inte
integra ipā enim pt bonitates
recipere ex causa prima. descen
dentes pendē p eas ut uehemēs
fiat sua unitas. et similit' non
omnis anima pendet p intelliciā
nisi que ex eis est completa inte
gra et uehemencius simul cum
intelliciam p hec quod pendet p
intelliciam et est intellia et est
intellia completa. Similit' nō
omne corpus ille hē animam
nisi quod ex eis est completum
integrum. q. sit rōnale et sim hāt
formam sunt reliq' ordines intellig'.

Causa prima regit res
creatas omnes preter q
conniscetur cum eis. debitat
unitati
Q. est quia regimine nō tem ex

et altitudinem super omnem rem, quia ipsa re-
git eam praeter quod prohibeat eam essen-
tia unitatis eius se unire a rebus
quas regit eas. Quod est quia causa
prima est fixa stans cum unitate
sua pura semper, et ipsa regit res crea-
tas omnes et influit super eas virtu-
tem vitae et bonitates secundum modum
virtutis earum receptibilium et pos-
sibilitatem earum. Prima enim boni-
tas influit bonitates super res omnes
una influxione. Verumtamen unaquaeque
rerum recipit ex illa influxione secundum
modum suae virtutis et sui esse. Et boni-
tas prima non influit bonitates
super res omnes nisi per modum unum
quia non est bonitas nisi per esse suum
ens et suam virtutem, ita quod est bo-
nitas et bonitas et ens sunt res
una. Sicut ergo ens primum et bonitas
sunt res una, fit quod ipsa influit su-
per res influxione communi una. Et di-
versificantur bonitates et dona ex concur-
su recipientis. Quod est quia recipi-
entia bonitates non recipiunt ae-
qualiter, immo quaedam eorum recipiunt plus
quam quaedam. Hoc quod est propter magni-
tudinem suae benignitatis et largi-
tatis. Redeamus et dicamus quod
inter omne agens et quod agit per
esse suum tantum et inter factum eius non
est continuator neque res alia media
et non est continuator inter agens et
factum nisi additio super esse, scilicet quando agens
et factum sunt per instrumentum et non facit
per esse suum composita. Quapropter recipi-
ens recipit per continuationem inter ip-
sum et factorem suum, et esse tunc agens
se iunctum a factore suo. Agens vero inter
quod et factum suum eius non est continua-
tor penitus est agens verum et re-
gens verum faciens res per finem deco-
ris, post quod non est possibile ut sit
decus aliud, et regit factum suum
per ultimum regiminis. Quod est quia
regit res per modum quo agit, et non agit
nisi per esse suum. Ergo ens eius etiam
est regimine eius. Quapropter
fit quod regit et agit per ultimum
decoris et regimen in quo non est
diversitas neque tortuositas. Et non di-
versificantur operationes et regimen prop-
ter causas primas nisi secundum meritum
recipientis.

Primum est dives per se
ipsum et est dives magis.

Et significatio eius est unitas
eius non alia, unitas eius sit sparsa
in eo, immo est unitas eius pura,
quoniam est simplex in fine simplicitatis.
Si autem aliquis vult scire quod
causa prima est dives, percipiat men-
tem suam super res compositas et in-
quirat de eis inquisitione perscruta-
ta. Inveniet enim omne compositum
diminutum indigens aut alio
aut rebus ex quibus componitur. Res ex

simplex una que est bonitas est una. et unitas eius est bonitas et bonitas est res una. illa vero res est dives magis vel maius quod que influunt. et non influxio super ipsam per aliquem modorum. reliquae autem res intelligibiles aut corporee sunt non divites per se ipsas immo indigent vero vero influente super eas in bonitates et omnes gratias.

Causa prima est super omne nomen quo nominatur. quoniam non pertinet ei diminutio neque complementum solum immo est super omne complementum.

Quoniam diminutum est non completum et non potest efficere operationem completam cum est diminutum et completum apud nos quamvis sit efficiens per se ipsum non tamen potest creare aliquid aliud nec influere aliquid a se ipso omnino. Si ergo ita est apud hunc dicimus quod primum non est diminutum neque completum tantum immo est super completum. quoniam est creans et influens bonitates super eas fluxione completa quoniam est bonitas cuius non est finis in dimissiones. bonitas ergo prima implet secula omnia bonitatibus. verumptamen omne seculum non recipit de illa bonitate nisi secundum modum sue potentie. Iam ergo ostensum est et manifestum quod causa prima super omne nomen quo nominatur et superior et altior.

Omnis intelligencia divina scit res per hoc quod ipsa est intelligencia et regit eas per hoc quod ipsa est divina.

Quod est quia proprietas intelligencie est scientia et non est eius complementum et integritas nisi ut sit sciens. regens ergo est deus benedictus et sublimis quoniam ipse replet res bonitatibus et intelligencia est primum creatum et est plus similis deo sublimi et propter illud regit res que sunt sub eo. et sicut deus benedictus excelsus influit bonitatem super res que sunt sub eo similiter intelligencia influit bonitatem super res que sunt sub ea. Verumptamen quamvis intelligencia regat res que sunt sub ea tamen deus benedictus et sublimis precedit intelligentiam per regimen et regit eas regimine sublimiori ordine

et attingit quoniam sit regimen intelligentie quoniam est illud quod dat intelligentie regimen et significatio illius est quod res que recipiunt regimen creatoris intelligentie. Quod est quia non effugit regimen eius cause prime aliquid de rebus omnino. quoniam vult ut faciat recipere bonitatem suam omnes res simul. Quod est quia non est quod omnes res que desiderant intelligentiam non desiderant recipere eam et res omnes desiderant bonitatem ex primo. et desiderant ipsam recipere desiderio multo. in illo non est aliquis qui dubitet.

Causa prima existit in rebus omnibus secundum dispositionem unam. set res omnes non existunt in prima secundum dispositionem unam.

Quod est quia prima causa quamvis existat in rebus omnibus tamen unaquaque recipit rerum eam secundum modum potentie sue. quod est quia ex rebus sunt que recipiunt eam primam receptione unita. et ex eis sunt que recipiunt eam receptione multiplicata et ex eis sunt que recipiunt eam receptione eterna et ex eis sunt que recipiunt eam receptione temporali. et ex eis sunt que recipiunt eam receptione spirituali. et ex eis sunt que recipiunt eam receptione corporali. et diversitas quidem receptionis ex causa prima non fit. sed propter recipiens quod est quod suscipiens diversificatur. propter illud igitur susceptum est diversificatum. influens vero existens unum indivisum influit super omnes res bonitates equaliter. bonitas res ex causa prima equaliter causa igitur influxionis diversitatis bonitatis rerum procul dubio igitur non inveniuntur res omnes in prima mũ per modum unum. Iam ergo ostensum est quod causa prima invenitur in omnibus rebus per modum unum. et non inveniuntur in ea omnes res per modum unum. Igitur secundum modum propinquitatis earum a prima et secundum modum quo res potest recipere causam primam secundum quantitatem illius potentie recipere ex ea et delectari per eam. Quod est quia non recipit res ex causa prima et in ea delectatur nisi per modum esse sui et non intelligo per esse nisi esse et cognitionem. Nam secundum modum quo cognoscit res causam primam creantem secundum quantitatem illam recipit ex ea et delectatur ea sicut ostendimus.

Substancie vero intelligibiles non sunt generate ex alia re. omnis vero

stans per essenciam suam
est non generata ex alia.

Quod si aliquis dicat possibile est | re-
ut generata ex re alia dicemus. si possibile
est ut sit substantia stans per essenciam suam sit
generata ex alia re procul dubio est substantia
illa diminuta indigens ut compleat
eam illud ex quo generatur. et significa-
tio illius est generatio ipsa. quod est quia
generatio non est nisi via ex diminutione
ne ad complementum. Nam si inveni-
tur res non indigens in generatione sua
scilicet in forma sua. et informatione sua
re alia nisi se et est ipsa causa formationis
sue est completa integra semper non
est sit causa formationis sue et sui com-
plementi nisi propter relationem suam
ad causam suam semper. illa non relatio
est formatio eius et ipsius complemen-
tum simul. Jam ergo manifestum est quod
omnis substantia stans per essenciam suam
non est generata ex re alia.

Omnis substancia per se
ipsam stans est non cadens
sub corruptione.

Si autem aliquis dicat possibile est ut substantia
stans per se ipsam cadat sub corruptione
ne dicemus si possibile est ut substantia stans
per se ipsam cadat sub corruptione possibile

est ut separetur a sua essencia ut sit
firma stans absque essenciam suam quod
essencia sua et hoc est inconveniens et impossibile
quoniam propterea quod est una simplex non composi-
ta est ipsa causa et causatum simul. Omnis
autem cadentis sub corruptione non fit
corruptio nisi propter separationem suam
a causa sua. dum non permanet res perti-
nens per causam suam retinentem et ser-
vantem ipsam non potest ut destruatur
vel. Si ergo hoc ita est substantia cadens per essen-
ciam suam non separatur a causa sua quoniam est
inseparabilis ab essencia. propterea quod causa
causatum est ipsa in formatione sua. et non
sit causa sui ipsius nisi propter relationem
suam ad causam suam et illa re-
latio est formatio eius. et quia est relata
ad causam suam et ipsa est causa illius
relationis. ipsa est causa sui ipsius per mo-
dum quem diximus quod non potest ut destruatur
neque corrumpitur quoniam est causa et
causatum simul sicut ostendimus nuper.
Jam declaratum est ergo quod omnis
substantia stans per se ipsam neque destruitur
neque corrumpitur.

Omnis substantia destructibilis
non sempiterna aut est com-
posita aut est delata super rem.

Propterea quod est substantia aut est | alia
indigens rebus ex quibus est et est com-
posita ex eis aut indigens in sustentatione

sua et sua essencia desiente. Cum igitur
separatur deferens eam corrumpitur
et destruitur. Quod si ipsa non est com
posita, immo delata est simplex et non
destruitur nec minuitur omnino.

Omnis substancia stans per es
senciam suam et simplex
et non dividitur.

Quod si dixit aliquis possibile est ut
dividatur dicemus si possibile est ut di
vidatur, dicemus si possibile est dividatur substancia
stans per se et est simplex. est possibile ut
essencia partis eius sit per essenciam suam
ipsam sicut essencia totius. Si ergo possibile est
illud redit pars super se ipsam. et omnis
pars eius rediens super se ipsum nec est
rediens totius super essenciam et hec est
impossibile. Si ergo est impossibile substancia stans per se
ipsam est indivisibilis et simplex. Si autem non
est simplex sed est composita pars eius me
lior parte. et pars eius melior parte. ergo res
melior est ex parte meliori. et vilior
est ex meliori. quia est omnis pars eius
se iuncta ab omni parte ipsius. quia est
universitas eius non sufficiens per se
ipsam cum indiget partibus suis ex quibus
componitur et hec quidem non est
de natura rerum compositarum. Iam
ergo constat quod omnis substancia
stans per essenciam suam est simplex
et non dividitur et quia non recipit di
visionem et est simplex non recipiens
corruptionem atque destructionem.

Omnis substancia simplex
est stans per se ipsam scilicet
per essenciam suam.

Quam ipsa est creata sine tempore et
est in sublimitate sua superior substanciis tem
poralibus et significatio illius est quod
non est generata ex aliquo quoniam est stans
per essenciam suam et substancie generate ex aliquo
sunt substancie composite cadentes sub generatione.
Iam ergo manifestum est quod omnis substancia
stans per essenciam suam non est nisi
in non tempore et quia est altior et
superior tempore et rebus temporalibus.

Omnis substancia creata
in tempore aut est semper
in tempore et tempus non super
fluit ab ea. quoniam est creata
et tempus equaliter aut super
fluit super tempus et tempus
superfluit semper ab ea. quoniam
est creata in quibusdam horis temporis.

Quod est causa rei create secundum se
adinvicem et secundum priorem non secundum
nisi secunda ei similis non secunda dissimilis est
sed similes sed superiori et sunt sed
create a quibus non sufficiunt tempus cum
suis que assimulantur sempiternis
et sunt sed abscise a tempore create
in membrorum horis temporis. non est
possibile ut continetur sed create in quibus
cum horis temporis cum sempi-
ternis, cum non assimulantur eis omnino
sed ergo sempiterne in tempore sunt ille
que continuantur cum sempiternis
et sunt medie inter suas species et
inter suas in tempore et non
est possibile ut sed sempiterne que sunt
super tempus separantur suas temporales
causas in tempore nisi mediantibus
suis temporalibus sempiternis in quantum
ipse causa sed non facte sunt medie
nisi cum ipse communicant suis ...
motibus in permanencia et conveniunt suis
temporalibus abscisis in tempore per generatio-
nem. ipse enim similes sunt sempiterne
in permanencia earum est per generationem et
motum et sed sempiterne cum tempore
sunt similes suis sempiternis que sunt
super tempus per durabilitatem. et non
assimulantur eis in motu et generatio-
ne sed sed secte in tempore non as-
similantur suis sempiternis que sunt
super tempus per aliquem modum. ergo
similantur non eis cum non possunt teti-
gere eas nec contingere tangere eas. necesse
ergo sunt sed que tangunt suas sempi-
ternas que sunt super tempus et extra
tangentes sunt sectas in tempore. ergo
aggregabunt per motum suum inter
suas sempiternas que sunt super tempus
et suas que sunt sub tempore et aggre-
gabunt per durabilitatem suam inter suas
que sunt super tempus et inter suas que
sunt sub tempore scilicet cadentes sub ge-
neratione et corruptione et aggrega-
bunt inter suas bonas et inter suas
viles et non privantur sed viles aliquibus
bonis et omni bonitate quiescente
et non fit inerens remanencia neque
firmo. Iam ergo ostensum est nunc ex
hec quod durabilitatis due sunt species
quarum una est eterna et altera tempora-
lis, comparacio una duarum dura-
bilitatum stans quietas et dura-
bilitas altera movetur et eius opera-
tiones omnes simul in quedam
earum est cum quadam et altera est con-
tinua cuius quedam opera sunt
cum quadam et universalitas unius ea-
rum est per essenciam suam et universalitas
alterius est per partes suas quarum u-
naqueque est ex (…) per mo-
dum prioris et posterioris. Iam ergo
manifestum est quod causarum quedam sunt
sempiterne super tempus et ex eis sempi-
terne equales tempori et tempus non
sufficiunt ab eis et ex eis sunt que
ab eis sunt a tempore et tempus sufficiunt
ex eis ex ... ...
scilicet ex primo ... ad ... extremum et
sed sed cadentes sub generatione et corruptione.

Inter est rem cuius
sba et actio sunt in mome
momento eternitatis et int
rem cuius sba et actio sunt
in momento temporis exi
stens est medium et est
illud cuius sba est ex mom
to eternitatis et operatio ex
momento temporis.

Quod est causa rei cuius sba cadit
sub tempore. s. causa tempus continet ea
est in omnibus dispositionibus suis cadens
sub tempore. quare et eius actio ca
dit sub tempore. causa quia est sba est
rei cadit sub tempore et eius actio
cadit sub tempore in omnibus suis dis
posicionibus de necessitate cadit cadente sub
tempore in omnibus suis dispositionibus.
Continuatio autem non est nisi inter re
bus similibus. necesse est igitur ut sit
res alia tertia media inter utramque
cuius sba cadit sub eternitate et ac
tio eius tempore. impossibile namque
est ut sit res alia tertia cuius sba ca
dit sub tempore et actio eius sub etern
itate sic enim eius actio maior esset
eius sba. hec autem impossibile. manifestum igitur
est quod inter res cadentes sub tempore
cum suis dispositionibus et suis actionibus
et inter res comunes sic et actiones ca
dentes in momento momento eterni
tatis sunt res cadentes sub eternitate per
sbas suas et cadentes sub tempore per
operationes suas sicut ostendimus.

Omnis substancia cadens
in quibusdam suis disposicionibus
sub eternitate et cadens in qui
busdam disposicionibus suis in
sub tempore ens et gene
ratio simul.

Omnis enim res cadens sub eternita
te est ens vere et omnis res cadens
sub tempore est generatio vere. si igitur hec ita est
tunc si res est vere est cadens sub etern
itate et tempore eius et generatio non per mod
unum immo per modum et modum. iam igitur
manifestum est ex hoc quod diximus quod omne
generatum cadens per sbam suam sub tem
pore eius sbam pendentem per esse puri
quod est causa durabilitatis et causa rerum sempi
ternarum omnium et destructibilium necessarium
est unum faciens adquisiti unitates
et ipsum non adquisitatur. sed reliqua omnes
unitates sunt acquisite. et illud quod

significatio est quod dico si invenitur unum faciens acquirere non acquisitum tunc quae dicta est necesse ipsum primum acquirere faciens. non enim potest esse quin aut sit simile ei in omnibus suis dispositionibus aut sit in eo numquam dicta in alio superfluitas. Si ergo est simile ei in omnibus dispositionibus suis tunc unum eorum non est primum et alterum eorum est secundum. Et si unum eorum non est simile alteri in omnibus dispositionibus suis tunc procul dubio unum eorum est primum et alterum secundum. Illud ergo in quo est unitas fixa non dependens ex alio est unum purum verum sicut ostendimus. Et illud in quo est unitas inventa ex alio non est unum purum verum. Si ergo est ex alio est ex uno primo vero acquisita unitas pervenit ergo iam ut unum puro vero et reliquis unitas sic unitas etiam et non sit unitas nisi propter unum purum verum quod est causa unitatis. Iam ergo manifestum est et planum quod omnis unitas post unum verum primum est causa unitas faciens acquirere non acquisitum sicut ostendimus.

Explicit liber de causis.

fol vj sexo minꝰ piiij fol

EST autem quod omnibus a-
nimalibus esse generatio et
mors. modi autem diff-
erunt specie. non enim indi-
fferens corruptio sed habet a-
liquid esse mors est haec qui-
dem violenta. haec autem secundum naturam. violenta
quidem quando principium extra fuerit. secundum naturam autem
quando in ipso, et partis consistentia ex principio tali
sed non adveniens aliqua passio plantis
quidem quod arescere in aliis autem vocatur hoc
senectus. Est quidem mors et corruptio omnibus
similis non imperfectis. his autem assimilatur quodam
modo autem non. Imperfecta autem dico ut puta
ova et semina plantarum quaecumque sine
radice. Omnibus quidem quod corruptio sit propter
caloris alicuius defectum. perfectis autem in quo
substantiae principium. hoc autem est quemadmodum dictum est
prius in quo conjunctum superius et deorsum copulantur
plantis quidem medium intulantis et radi-
ces, aliis autem habentibus quidem sanguinem
cor, exsanguinibus quidem proportionale. horum
autem quaedam virtute multa principia habent
sed tamen actu propter quod et entomorum quaedam divi-
sa vivunt et sanguinem habentium quaecumque non
vitalia valde sunt multo tempore vivunt ab-
lato corde puta testudines ut moventur pe-
dibus adhuc existentibus testis propter non
compositam naturam ipsorum bene sunt entomis.
Principium autem vitae deficit habentibus cum non
refrigeretur calidum et consumitur ipsum quemadmodum
enim dictum est frequenter tabescit ipsum a se ipso.
quando quidem his quidem pulmo his autem branc-
hie induruerint fuerit propter temporis longitudinem
desiccatis. his quidem branchiis. his
quidem pulmone et factis terrestribus non possunt
has partes movere elevare et simul contrahere
tandem facta intentione marcescit ignis propter
quod et parvis passionibus advenientibus in se-
nectute velociter moriuntur propter paucum
enim esse calidum velut pulmo evaporato in
multitudine vitae, si qua utique molestia fi-
at per particulam cito extinguuntur quemadmodum enim
momentanea et parva in ipso flamma existente
propter parvum motum extinguitur propter quod et sine tri-
stitia est quae in senectute mors nulla enim
violenta ipsius passione contingit mortuum sed
insensibilis autem absolutio fit omnino et infirmita-
tum quaecumque faciunt pulmonem durum aut na-
scentibus aut superfluitatibus aut caliditatis aegri-
tudinis excessu quemadmodum in febribus spi-
ritum ipsum faciunt propter non posse pulmonem
longe tollere sursum et dimittere. Ean-
dem autem qui non amplius poterunt movere
moriuntur exspirantia. generatio quidem igitur est prima
participatio in calido nutritivae animae vitae
autem mansio huius. Juventus autem est primae
refrigerativae particulae augmentatio senec-
tus autem huius decrementum. aetas autem horum me-
dium. mors autem et corruptio violenta qui-
dem caloris extinctio et marcor cor corrumpitur
autem utrumque propter ambas has causas quae quidem
secundum naturam eadem huius marcefactio propter temporis
longitudinem sunt et perfectissima plantis
quidem arescens. in aliis quidem vocatur mors
haec quidem quaecumque in senectute mortis marce-
do particulae propter impotentiam refrigeran-
di a senectute quaecumque igitur est generatio et vita
et mors et propter causas existunt aliis dictum est.
Palam autem ex his et propter quam causam

De morte et vita

respirantibus quod aliud suffocari acci
dit in humido piscibus autem in aere. hiis
quod eis per aquam refrigeratio sit. hiis autem
partem quorum utrorumque privantur pulmon
na loca. ¶ Causa autem motus hiis qui
dem branchiarum hiis quod pulmonis
quibus elevatis et depositis his quod et
expirant et inspirant. his autem suscipiunt
humidum et emittunt. adhuc autem consistenti
a organi hunc habet modum.

Tria autem accidentia esse cor que vi
dentur eadem naturam habere habent autem non
eandem saltus et pulsus et respirationis
Saltus quidem igitur est constrictio calidi quod in
ipso per refrigerationem superfluitatem autem
contabefactivam ut puta infirmitate que
vocatur palmos et in aliis infirmitati
bus et timoribus. ¶ Etenim timentes in
frigidantur secundum superiora calido autem fugiente
et coactum facit saltum in parvum constrictum
ita ut aliquando extinguantur alia et moriantur
per timorem et per passionem egr[illegible]udina
lem. ¶ Accidit autem pulsatio cordis quod
semper videtur faciens continue sicut na
scentiis est quam faciunt motum cum dolo
re per preter naturam esse sanguinis permutatio
nem fit autem usque quo utique fames fiat
digestus. est autem simile illuminationi hic
pasion ulceris cum fit spumoso facto humido
a calido elevatum est per ampliorem fieri mo
lem. ¶ Pausatio autem in inascentiis
quod si non spirant spissioris facti humidi
putrefactio ebullitioni ac evidentia
per orizontem in corde autem secundum accretionis humidi
ex alimento per caliditatem tumefactio facit

pulsum elevata ad tunicam ultimam
cordis et hoc semper fit continue affluit enim sem
per humidum ex quo fit sanguis naturam
primo in corde fit. palam autem in generatione
a principio. non dum enim distinctis venis vi
detur habens sanguinem et propter hoc pulsat in
magis iunioribus quam senioribus fit enim ex
alatio amplior iunioribus pulsant et
vene omnes et simul invicem propter ortus esse ab
a corde mox autem semper. quare et ille semper et
simul invicem autem mox desaltatio quod
igitur est secundum obviatio ad frigidi constrictionem
pulsatio autem humidi calefacti spumificatio
¶ Respiratio autem augmentato calido in
quo principium nutritionis quemadmodum enim et ali
a indigent alimento et illud et aliis magis
et aliis illud alimenti causa est. ¶ Necesse itaque
amplius facere elevare organum. oportet autem
existimare consistentiam organi similem esse
follibus que in erariis non longe enim nec
pulmo neque cor adsuscipere figuram
talem. duplum autem esse quod tale. ¶ Oportet
in medio esse nutritivum naturaliter virtutem e
levatum quidem igitur necesse elevari et continu
itatem ipsam particulam. ¶ Cum quidem igitur si
cere respirantes elevat enim pectus propter
principium existens in ipso huius particule
idem hoc facere. elevatio enim quemadmodum
in follibus necesse inferre aerem qui deforis
et frigidum existentem et refrigerantem
extinguere excessum ignis quemadmo
dum autem crescentem elevabitur hec partic
ula et deminutum patiente necesse dimic
tere et dimisso exire aerem qui ingressus
fuit tamen ingredientem quidem frigidum exe

uitem aut calidum pp tactu cali
di ex motus in pticula hac ex maxime
habentibus pulmone sanguineu ha
bentem in multis eu canales con
tingentes incidere eas que in pulmo
ne quamvis secus quadamque ptense sut
uene ut videatur totus pulmo ee plen
sanguine. ¶ Vocatu aut ingressus qui 110
de aeris respiratio exitus aut expiratio
et semp utique continue quamdiu utique ui
uit et moritur h ptícula continue et pp
hoc in respirare et expirare e uiuere
¶ Eod aut et piscibz motus fit branchi
ar. euentatio quod ei calido exsang
uine p poros eleuantur et branchie
et ptransit aquam descendente aut ad
cor p poros in refrigeratione dimictu
tur et remictut aqua semp au eleuato
eo q in corde semp suscipit et emit refri
gerationis refrigerans ¶ Et pp quod
et illis e q uiuere et no uiuere finis e
in respirare et hijs similiter humidu ¶ De
uita quod g et morte et de congnatio
e in speculationis fere dictu est de
omnibus.

Explicit liber de morte et uita.

Dpsa fortes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Domine domnus

Elementa:
- ignis — calidus siccus
- aer — calidus et humidus
- terra — frigida sicca
- aqua — humida et frigida

Complexiones:
- colica
- sanguis
- melancolia
- flemma

f. 346
vol. à 12 fol.

Largus amans hilaris ridens rubei que coloris — sanguineus
Cantans carnosus satis audax atque benignus

Hirsutus fallax irascens prodigus audax — colericus
Astutus gracilis siccus crocei que coloris

Hic somnolentus piger in sputamine multus — flemmaticus
Huic hebes est sensus pinguis facie color albus

Invidus et tristis cupidus dextreque tenacis — melancolicus
Non expers fraudis timidus lutei que coloris

Largus amans hilaris ridens rubei que coloris
Cantans carnosus satis audax atque benignus

[illegible]
[illegible]